

*[Faint, mostly illegible text at the top of the page, possibly a title or header]*

*[Line of Gothic script with large initial letters]*  
 ... in nomine domini amen

*[Line of Gothic script with large initial letters]*  
 ... in nomine domini amen

*[Line of Gothic script with large initial letters]*  
 ... in nomine domini amen

*[Line of Gothic script with large initial letters]*  
 ... in nomine domini amen

*[Line of Gothic script with large initial letters]*  
 ... in nomine domini amen



(59)

Bay 2/10/17


Br S 240


ant 2/17


S 1/12/17

fuhrer

Dv 1242







D. O. M. A.  
MATTHIÆ UNIZERI  
Doctoris, & Medici Physicæ  
HALLÆ - SAX:  
Ordinarij  
**ANTIDO  
TARIUM  
PESTILEN  
TIALE**  
In duos Libros tribu-  
tum.  
HALLÆ - SAXONUM  
Impensis  
MICHAELIS OLSCHLEGII.  
ANNO M. DC. XXL

ANTIDO  
L. B. V. A. S.  
L. B. V. A. S.  
L. B. V. A. S.  
L. B. V. A. S.  
L. B. V. A. S.  
L. B. V. A. S.  
L. B. V. A. S.  
L. B. V. A. S.  
L. B. V. A. S.  
L. B. V. A. S.



## NOMINA AUTORUM

*Qui in hoc Scripto bonâ Fide citantur.*

### A

Aegineta  
Actius  
Achilles Gassarus  
Albertus Magnus  
Albertus Crantzius  
Alexius Pedemontanus  
Alexander Massaria  
Alexander Benedictus  
Alpharabius,  
Aloysius Mundella  
Alphonfus Morefcottus  
Amarus Lusitanus  
Ambrosius Parzus  
Ammianus Marcellinus  
Andreas Aurifaber  
Andreas Badius  
Andreas Chioecus  
Andreas Lacuna  
Andreas Libavius  
Andreas Lagnerus  
Andreas Matthiolus  
Andreas Starckius  
Angelus Baldus  
Angelus Bargaus

Angelus Sala  
Antonius Chalmeteus.  
Antonius Portus  
Antonius Schnebergerus  
Antonius Valetius  
Anselmus Boethius  
Apollinaris  
Arikoteles  
Arnoldus Villanovanus  
Autor Pandectarum  
Autor Horti Sanitatis  
D. Augustinus  
Avicenna  
Avenzoar.

### B

Balduinus Ronseus  
Balthasar Pisanellus  
Balthasar Mullerus  
D. Basilius  
Bartholomæus Carrichter  
Bartholomæus Hubner  
Baptista Besardus  
Baptista Fiara  
D. Bernhardus  
Bernhardus Croneburgio

(a) 2

Bene

Benedictus Faventinus	Ernestus Burggravius
Boccatus	Ernestus Reuchlinus
Bodinus	Evangelista Quatramus
Brudus Lusitanns.	Euonymus
C	Eustachius Rudius
Camillus Tomafus	Eutropius
Carolus Clufus	Eusebius Wildeck.
Cardanus	F
Caspar Keglerus	Felix Platerus
Castor Durandes	Fernelius
Caspar Schvvenkfeldt	Forerus
Caspar Strubius	Franciscus Rueus
Celsus	Franciscus Valleriöla
Christophorus Encelius	Franciscus Valefrus
Christophorus Hornius	Franciscus Ulmus
Cornelius Agrippa	Fumanellus
Cornelius Petri	Funccius.
Crato à Krafftheim	G
Cunradus Gesnerus	Galenus
Cunradus Kunradus	Gabriel Fallopius
D. Cyprianus.	Gentilis Fulginas
D	Georgius Agricola
Daniel Sennertus	Georgius Fabritius
David Herlitius	Georgius Garnerus
Dion Nicæus	Georgius Melichius
Duncanus Bornettus.	Gerardus bergensis
E	Gerardus Columba
Ebenbitar Arabs	Gerardus Dorneus



Gervasius Marstaller

D. Gregorius.

Gregorius Horstius

Gualtherus Bruel

Gualtherus Ryffius

Guainerius

Guido de Cauliaco

Gulielmus Fabritius

Guintherus Andernacus

Guido Pancirolus

Guibertus.

H

Henricus à Bra

Henricus Dobbin

Henricus de Turre

Henneman Reyfing

Henricus Smetius

Hercules Saxonia

Hippocrates

Hieronymus Brunsvicius

Hieronymus Mercurialis

Hieronymus Tragus

Hieronymus Fracastorius

Horatius Augenius

Hyppolitus Guarinonius.

I

Joh: Bapt: Chodronchius

Joh: Bapt: Sylvaticus

Jacobus Hollerius

Jacobus Horstius

Jacobus de Partibus

Jacobus Sylvius

Jatrimon Wirtenbergicum

Joachimus Schillerus

Ioan: Agricola

Ioan: Bokelius

Joh: Daniel Mylius

Ioan: Heurnius

Ioan: Arculanus

Joh: Bapt: Montanus

Ioan: Beguinus

Ioan: Hartmannus

Ioan: Mollerus

Ioan: Poppius

Ioan: Fragosus

Ioan: Neander

Ioan: Rhenanus

Ioan: Tholdius

Ioan: Langius

Ioannes Bickerus

Ioannes Kentmanus

Ioan: Matthæus

Ioan: Sigism: Görliitzerus

Ioan: Bruerynus

Ioan: Sarracenus

Ioan: Voehs

Ingrassias

Iosephus Quercetanus  
Iodocus Harchius  
Iobus Fincelius  
Iulius Cæsar  
Iulius Obsequens  
Iulius Palmarius  
Iulius Cæsar Scaliger  
Iuuenalis.

L

Laurentius Helandius  
Laurentius Joubertus  
Leonhardus Fuchsius  
Leonh. Rauvvolffius  
Leonhardus Vairus  
Leonclavius  
Levinus Lemnius  
Lithotomus  
Lonicerus  
Lubertus à Bra  
Lucas Pollio  
Lucretius  
Lubertus Esthius.

M

Manlius  
Manardus  
Martinus Rulandus  
Martinus Panfa  
Marsilius Ficinus  
Martinus Mollerus  
Matthæus Curtius

Metteranus  
Michael Mercatus  
Michael Neander  
Michael Papa  
Michael Doringius  
Michael Saxo  
Michael Majerus  
Michael Montanus  
Michael Robianus  
Mizaldus  
Montagnana.

N

Nicephorus  
Nicolaus Massa

O

Oribasius  
Orosius  
Osvaldus Crollius  
Ovidius.

P

Paracelsus  
Pausanias  
Paulus Riccius  
Pamphilus Florenbenus  
Petrus Bayrus  
Petrus Bellonius  
Petrus Crescentius  
Petrus Droertus  
Petrus de Apono.  
Petrus Forestus

Petrus

<b>Petrus Monavius</b>	<b>Sebastianus Poterus</b>
<b>Petrus Galius</b>	<b>Severinus Danus</b>
<b>Petrus de Stilla</b>	<b>Sylvius</b>
<b>Petrus Sibyllenus</b>	<b>Symphor: Campegius</b>
<b>Petrus de Tusignano</b>	<b>T</b>
<b>Penottus</b>	<b>Tabernaemontanus</b>
<b>Philippus Beroaldus</b>	<b>Tarquinius Ocyorus.</b>
<b>Philippus Ulstadius</b>	<b>Thomas Bovius</b>
<b>Plinius</b>	<b>Thomas Erastus</b>
<b>Plutarchus.</b>	<b>Thomas Jordanus</b>
<b>R</b>	<b>Thomas Fienus</b>
<b>Ranzovius</b>	<b>Thucydides</b>
<b>Reimundus Mindererus.</b>	<b>Thurnheiferus</b>
<b>Reineccerus</b>	<b>Timotheus Brighthus</b>
<b>Renodus</b>	<b>Titus Livius</b>
<b>Remaclus Lymburg:</b>	<b>Trincavella</b>
<b>Rembertus Dodonæus</b>	<b>V</b>
<b>Rondeletius</b>	<b>Valleriola</b>
<b>Roscellius</b>	<b>Valerius Cordus</b>
<b>Rodericus à Fonseca</b>	<b>Valescus de Taranta.</b>
<b>Rudolphus Goclenius</b>	<b>Vallesius</b>
<b>Ruellius.</b>	<b>Vidus Vidius</b>
<b>S</b>	<b>Virgilius.</b>
<b>Sabellicus</b>	<b>W</b>
<b>Sacra Scriptura</b>	<b>Weckerus</b>
<b>Salicetus</b>	<b>Weinrichius</b>
<b>Salustius Salvianus</b>	<b>Wierus</b>
<b>Sanctius Ardonius</b>	<b>Wittichius</b>
<b>Savanarola</b>	<b>Wirfungus</b>
<b>Scheunemanus</b>	<b>Wolfg: Gebelcoverus</b>
<b>Schnellenbergius</b>	<b>X</b>
<b>Sebaldus</b>	<b>Xiphilinus.</b>
	<b>Z</b>
	<b>Zoar</b>
	<b>Zwingerus.</b>



ADMODUM REVERENDO,  
Strenuissimo, ac Nobilissimo

IOANNI-ERNESTO  
à Treschow /

Metropolitanae Ecclesiae Magdeburgensis  
CAPITULARI longè Spectatissimo, & in Nigrip/  
Dufow, & Schalent Hereditario.

UT ET  
PERANTIQUA GENERIS NOBI-  
LITATE, SPLENDIDISS: EQUITI,  
BUSSONI AB Dasseburg /  
in Beseledorff / Falckenstein / & Newdorff  
Domino.

NEC NON  
GENEROSIS AC NOBILISS:  
THEODORO }  
ET } à Quisow /  
ACHATIO }

Fratribus Germanis, & Hereditariis in We-  
delaw / Sprin / Ellenburg / Ruffstadt &  
Klöße.

DOMINIS ET PATRONIS  
suis magnis, summoq; observantia, stu-  
dio perpetim colendis.

(b)

later

**N**ter alia calamitatum atq; afflictio-  
 num genera, quibus DEUS ter OPT:  
 MAX: iusto suo iudicio, Hominem in  
 hâccè vitâ, ob Legis suæ transgressio-  
 nem, multipliciumq; peccatorum ac flagitio-  
 rum commissiõnem, obnoxium esse voluit,  
*Morborem* quoq; insultus atrocissimos, non  
 postremum obtinere locum, nemo cui vel mi-  
 ca sani iudicij in pectore superest, facile ibit ne-  
 gatum. Quamvis autem morbificarum ad-  
 fectionum, furiosissimè sæpè in nos debac-  
 chantium, calidumq; nativum *unâ cum hu-*  
*mido primogenito Brasimâs* depopulantium,  
 adeoq; exquilitam carnificinam in corpus no-  
 strum exercentium, permagnus utiq; ac penè  
 infinitus sit numerus, illarum tamen omnium,  
 quocumq; etiam nomine veniant adpellan-  
 da; nullam prorsus reperire licet, vultum (ut  
 itâ dicam) ostentantem truculentiorẽ, mi-  
 nasq; spirantem ferociores, ut & majorem  
 horrorem ac trepidationem hominibus incu-  
 tientem, ipsâ LUE PESTIFERA, idq; triplici po-  
 tissimum de causâ.

DEDICATORIA.

I. RATIONE SUMMÆ MALIGNITATIS  
 AC VENENOSITATIS, ipsi conjunctæ, quæ pro-  
 fectò talis tantaq; existit, ut non solum Ho-  
 minem, optimè valentem, sæpèq; aliud agen-  
 tem, clanculariè ac insidiosè invadat ac pro-  
 sternat, verùm etiam eundem, nì mature imple-  
 met suæ Saluti consultum ac prospectum eat,  
 unius interdum diei, imò quandoq; pauca-  
 rum horarum intervallo crudeliter abripiat,  
 repenteq; jugulet, ac neci tradat, id quod non  
 semel, sed multoties, distinctis temporum  
 intercapedinibus, accidisse, *πολυδαδάλα* illa  
 Magistra rerum, Experientia scilicet, luculen-  
 tissimè probatum ac testatum fecit. Et quam-  
 vis non inficiandum, cæterorum quoq; vene-  
 norum, seu ex Animalibus desumptorum,  
 seu ex Vegetabilibus aut Mineralibus petito-  
 rum, vim, rabiem, ac perniciem, quam in læ-  
 dendo ac enecando quocumq; animalium ge-  
 nere, naturaliter possident, haut esse mini-  
 mam aut exiguam, sed potius insignem ad-  
 modum ac conspicuam, adeòq; neutiquàm  
 floccipendendam; tamen cum ipsis, præter  
 Spiritalem substantiam, à quâ potissimum

EPISTOLA

omnis *ἐνέργεια* seu actio proficiscitur, multum quoq; corporeæ molis, terrestrisq; fæculentiæ concretum sit atq; adhæreat, idcirco non ita promptè, & in momento quasi corpus ipsum subire, & tali pernitate in vitæ arcem unicam, COR nimirum penetrare, vel impetum facere possunt, quali quidem venenum Pestilens, utpotè summè Astrale, tenue, ac subtile, totumq; Spiritale, fontem caloris nativi, vitalesq; in eo Spiritus aggredi, eosq; labe suâ inficere, dissipare, tandemq; penitus exstinguere ac suffocare videmus.

II. RATIONE ATROCITATIS SYMPTOMATUM hunc Morbum comitantium, & ob id non immeritò haut levem terrorem homini incutientium, ut sunt. 1. *Dolor Capitis*, sæpè adeò vehemens & acutus, ut præ niniâ ejus savitiâ ac atrocitate ægrotans vix reliquas corporis passiones ac dolores sentiat, imò vix quoque oculorum palpebras aperire, aut eas apertas diu tenere valeat. 2. *Vigilie intensissima*, Spiritus animales Cerebri, continuis ac indefessis moribus hûc illuc agentes, conturbantes, eosque tandem inflaman

tes



DEDICATORIA.

tes, dissipantes ac resolventes. 3. *Delirium*, seu mentis emotio ingens, Sensuumquē interiorum depravatio, aut omnimoda ablatio, quā fit, ut contagioso hōc malo tacti, non solum plurima absōna ac ridicula proferant & loquantur, nec adstantes aut domesticos agnoscant, verūm etiā interdum, ni impediuntur, aut diligenti sub custodiā habeantur, ex alto sese dent præcipites, vel manus sibimet inferant violentas, quemadmodum factum legimus in calamitosiss: illā Pestilentiā, à *Tbucydide lib: 2. Belli Pelopon: de* scriptā, quæ homines adeo adfecerat, ut omnium prorsus obliviscerentur, seque in pueros præcipitarent, convalescentes verò, nec parentes, nec familiares amplius agnoscerent.

4. *Palpitatio Cordis gravissima, ac Syncope horribilis*, ob quam multoties frigidum toto corpore emittunt sudorem, mortisque colorem facie induant, itā ut jam animam efflaturi videantur. 5. *Vomitus enormes ac continui* tum alimentorum ingestorum, tum medicamentorum adsumptorum, undè vires universæ collabascunt ac dejiciuntur,

EPISTOLA

cruciatuſq; maximus circa *σέρον* ſeu præcordia excitatur. 6. *Æſtus febrilis* adeò intenſus ac immoderatus, ut viſcera, ac corporis interiora, lento quaſi quodam igne peruri, torreri & exſiccari ſentiantur. 7. *Sitis* ſæpè plus quàm *Tantalea*, hæcæ Lue obſeſſos tanto perè adfligens, ut nullâ arte, nulloq; ingenio edo, mari proſſigariq; queat &c.

III. RATIONE DIFFICULTATIS CURATIONIS. Difficile autem medicatu hoc cè malum reddit, tum multitudo magnitudoq; Symptomatum, modo commemoratorum, quorum quodlibet ſæpè primò ac per ſe, felicem medentis manum expoſcere & ad ſe trahere videtur; tum *ιδιοσυγκρατίας* veneni Peſtilentis ignoratio. Cum enim hoc cè venenum non ſemper aliorum toxicorum more, unam eandemq; individualem naturam obtineat, ſed pro diverſitate temporum; diverſas quoque proprietates induat; ſicq; inſtar Protei cujuſdam, in multiplices formas, undè etiam varij ac diſpares effectus prædeunt ac reſultant, ſeſe tranſmutet: idcirco certum quoq;, ſpecificum, & infallibile Alexipharmacum ei opponere,

nere,

DEDICATORIA.

nere, non modò difficile, sed tantùm non im-  
 possibile iudicatur. Nam propriam veneni  
 alicujus Antidotum feliciter inventurus seu  
 investigaturus, antè omnia id sedulò dare debet  
 operam, omnesq; ingenij nervos eò intendere,  
 ut, quantum pote, propriam quoq; ac speci-  
 ficam illius veneni naturam, peculiaremque  
 ejus nocendi modum, quàm exactissimè ac  
 perfectissimè habeat cognitum atq; explora-  
 tum, ni frustaneam operam sumere, aut pror-  
 sus incassum sudare satagat. Quotusquisque  
 autem Medicorum est, cui *ιδιοσυγκρασιῶν* natura  
 Veneni Pestilentis ad amussim sit perspecta?  
 Nullum certè in hunc usq; diem vidimus, qui  
 in publicum prodiens, id de se jactitare aut  
 profiteri tuerit ausus, nec posthàc quempiam  
 facile fore putamus, qui tam abstrusissimæ in-  
 tricatisimæq; rei scientiam, in solidum sibi ar-  
 rogare atq; adscribere temerè præsumat, præ-  
 sertim si pensi habuerit, inq; memoriam sibi  
 revocaverit, Hippocraticum illud *τὸ Θεῖον*,  
 quod morbis quibusdam, in primis verò Epi-  
 demiis, inter quos Pestis jure primum agmen  
 ducit, *summus ille Dictator* voluit inesse. Quam-  
 vis au-

vis au-

EPISTOLA

vis autem verum, specificum, ac genuinum  
 PESTIS Alexipharmacum, nulli mortalium  
 exactè cognitum, sed solius DEI potentia ac  
 Majestati reservatum sit, nihilominus tamen  
 par est, decetq; eos, qui ex professo studio Me-  
 dico se dicarunt ac manciparunt, consilia sua,  
 cogitationesq; omnes eò conferre, ut ex Na-  
 turæ reconditis penetralibus, selectissima  
 quæq; efficacissima, usuque multiplici exper-  
 tissima Remedia antipestifera, solerti mentis  
 indagine, eruant, erutaque ac inventa postea  
 non sibi solis reservent, sed in publicum ea  
 protrahant, & ex Christianâ charitate, libera-  
 lissimè aliis communicent, quo proximus no-  
 ster hiscè adjutus, vitam ac sanitatem suam,  
 à tam ferocis Tyranni rabie & insultu, sartam  
 tectamque conservare, aut si forsan eum labe-  
 diri hujus veneni infici contigerit, ejusmodi  
 Alexiteriorum ope ac præsidio, tetram illam  
 malignitatem extemplò opprimere, penitus  
 què è corpore profligare atque ejicere possit.

Hoc & EGO mecum perpendens, jam pri-  
 dem in eum finem, nulli labori aut operæ par-  
 cens, nobilissima aliquot, secretis: rariss: ele-

gantiss:

gantis; nec non plurimis experimentis felicissimè comprobata medicamenta Antipestifera, partim proprio studio ac diligentia inventa, accuratâq; indagine excogitata, partim verò ex aliorum præstantissimorum celebratissimorumq; Medicorum laboribus decerpta, sollicitè collegi, collecta methodicè digessi, digesta in certas Classes dispescui, & sic peculiare quoddam *Σύγγραμμα* seu ANTIDOTARIUM MEDICUM indè exstruxi ac confeci. Quod etsi certas ob causas, prælo subicere, & foras dare, animum nondùm induxissem, sed potius illud adhuc aliquamdiu suppressere, & inter privatos parietes detinere, decrevissem: Tamen quorundam mihi amicissimorum hominum, quibus aliquandò istius mei laboris qualiscumquè videndi facta est copia, quique eum ceu valdè utilem ac necessarium Reipubl: Medicæ prædicarunt, preces ac hortamenta tantum apud me valuerunt, ut iis expugnatus, nullum amplius tergiversandi locum invenerim, sed libentissimè illorum petitioni ac voto annuerim, manusq; tandem dederim, sicq; *isthac collectanea mea*, juvandæ communis

(c)

Patriæ

Patriæ ergo, nunc publici juris fecerim. Quibus tamen, ne solitaria ita, & ut sic dicam, nuda prodirent, sed comptiora non nihil, honestioriq; quasi veste tecta, in publico adparerent, *Generalem* quemdam de PESTE *Discursum* præmittendum duxi, in quo per Quæstiones ac Responsiones dilucidas ac perspicuas, universam naturam malignæ istius Luis, ut & ejusdem præcavendæ ac curandæ modum, quàm brevissimè sum complexus. Veritatem potissimum in eo spectavi, & ob oculos mihi posui, cum me non lateat, hæc omnia magnis *Disputationibus*, & prolixis ac operosis *Commentariis*, ab aliis ad fastidium usq; inculcata esse. Nec quoquè aliquam *Ingenij laudem*, hæc qualicumquè meâ *Lucubratiunculâ* ambitiosè quæsitum ivi, sed tantummodò aliorum, quibus ampla magnaq; de PESTE conscripta volumina evolvere ac perlegere, aut non libet, aut non vacat, commodis inservire, horumq; studia, brevissimo quodam *Compendio*, pro virili adjutum ire volui.

Quia

DEDICATORIA.

Quia autem veteri more inter litteratos ha-  
 ctenus receptum, ut aliquid Lucubrationum  
 suarum in lucem daturi & emissuri, de magni  
 nominis Meccenate, aut primariae dignationis,  
 eminentisq; autoritatis Patrono aliquo, ma-  
 ture cogitent ac solliciti sint, cui sua nuncu-  
 pent ac dedicent, quo illius praesidio muniti, eo  
 alacrius confidentiusq; malitiosorum homi-  
 num tela, quibus saepe bonorum ac innocen-  
 tum capita, licenter nimis ac petulanter petunt,  
 obrundere, frangere, & elidere queant. Idcir-  
 co & EGO huic consuetudini sane non culpanda  
 nec improbanda insistens, inter omnes, VIRI  
 NOBILISSIMI, vos potissimum mihi Patronos  
 & Meccenates nunc eligere, vestroq; am-  
 plissimo Nomini, huncce meum LIBRUM in-  
 scribere & dedicare volui, idq; tam propter in-  
 signem Familiarum vestrarum, uti antiquissi-  
 marum, ita nobilissimarum, inq; Aulis magne-  
 rum Regum ac Principum, qua intra, qua ex-  
 tra Germaniae limites atq; oras, ad primae spe-  
 ctatarum & celebratarum, splendorem ac de-  
 corem; quam propter praecelaram & illustre, de  
 praecelaro vestro in litteras adfectu, polita do-  
 ctrina, exquisita Linguarum exoticarum peritia,

EPISTOLA

nec non singulari Virtutum Heroicarum, fulgentissimi cujusdam Pyropi instar, mirâ luce in VOBIS radiantium præstantiâ ac eminentiâ, longè lateq; sparsam & disseminatam Famam.

Suscipite igitur, VIRI NOBILISSIMI ac GENEROSISSI: libenti ac hilari fronte, hoc tenue & exiguum, quod VOBIS nunc confesco, & in sinum quasi vestrum offero ac depono, Literarium Munus, tamquàm Adfectus, Cultusq; mei in vos devoti, fidum sincerumq; pignus, ac monumentum perpetuum. Et quamvis illud vestro Splendori atq; eximie Dignitati longè impar esse, optimè norim, nihilominus tamen spero, vos, pro insito generosis animis vestris candore ac humanitate singulari, id minimè adspernaturos, sed potius huncce meum conatum, atq; *offe-  
rumentum*, tamquàm ab optimo Animo profectum, optimè quoq; interpretaturos, illudq;, si opus fuerit, à lividorum maledicorumq; homuncionum linguis ac dentibus viperinis, nec non pessimorum Sycophantarum, utpotè optima quæq; injuriosis præjudiciis damnantium, scabiosèq; ac calumniosè

tradu-



DEDICATORIA.

traducentium, improbis cavillis, vindicatos,  
mihiq; suavem Amoris ac Favoris vestri  
Zephyrum, placidè benigneq; aspiraturos,  
tamdemq; me ac mea Studia quàm commen-  
datissima semper habituros. Id quod calidè  
rogo, unicèq; voveo, sicquè me totum nunc  
VOBIS devoveo. Valete VIRI NOBILISSIMI,  
& sospites, florentes, ac felices longissima vitæ  
tempora transigite. Scriebam HALLÆ-SA-  
XONUM 19. die M. Aprilis. ANNO ενστυριωθέντι  
τῆς Δόξης. M. DC. XXI.

V. V. V.

NOBILITAT:

*Observantib:*

MATTHIAS UNTZERUS. D.  
Medicus ibidem Ordina-  
rius.

SE (O) SE



(c) 3 IN

IN TRACTATUM DE PESTE  
Posteriolem

EXCELLENTISSIMI, DOCTISSIMIQUE  
MEDICI HALLENSIS

Dn. MATTHLÆ UNTZERI  
DOCTORIS, Adhnsis, & Amici sui  
honorandi



*Mnibus antidotum constat speciale venenis,  
Et tollit certum toxica certa genus.*

*Unde sit, unde malū: mineris, animantibus, herbis,  
(Sic opifex voluit) disperit hoste suo:*

*Sola LUES PESTIS medicina nescia certa,*

*Altius & plenum numine virus alit.*

*Non tum Mercurius, non Proprietatis Elixir,*

*Non tinctura auri, non lapis ille iuvat.*

*Fallit Theriaca, fallit vis Scordia, fallit*

*Bezoar, utq; recens, sic schola tota vetus.*

*Ufq; adeo Natura, DEI non corrigit iras,*

*Ufq; adeo doctā plus valet arte scelus.*

*Est tamen ante alias medicina probatior omnes*

*Unica, Si pestem quid fugat, illa fugat.*

*CROLLIUS evulgat primus, sed paucare servans,*

*Sive quod ignoret, sive quod invideat.*

*UNTZERUS sequitur, qui ante prodigus artis,*

*Edocet aureo lo pharmacā summa libro.*

*Salve UNTZERE, bonum nostris commune Salinis,*

*Salve, ô sapiens candidus anne magis!*

In te

In te certat enim tam celsa perisla verum,  
 Cum candore pari Teutonicâq; fide.  
 Ergo tuo CANDORE, tuo medicamine SUMMO  
 Utamur, summâ non sine laude tui.  
 Quo nisi saner ego, dicam: ME NUMINA POSCUNT,  
 NULLA ME DELA JUVAT, VITAE BEATA JUVET.  
 Paulus Röberus D. Hal.  
 Cong. Aulicus.

Ad V. CL.

*Medicum & Philosophum Celeberrimum*

Dn. D. MATTHIAM UNTZERUM

Poliatrum Halensem,

HENRICI ELLENBERGERI Archiatri

Magdeb.

EPIGRAMMA

**N**ill adeo invisum est homini, quod Pæonis arte  
 Pellere non voluit provida cura Dei.  
 Thessala quantumvis tellus sit foeta venenis,  
 Mortales tamen his, quæ medeantur habent.  
 Mortiferâq; nepæ in cassum sua Spicula torquent,  
 Dum scelerata suo corpore damna piant.  
 Bubo quin etiam, bufoneq; pejor Echidna.  
 Si mordet propriâ vincitur Antidoto.  
 Immò harum Carne est, Vix certior ulla medela,  
 Toxicæ si quando dira noverca dedit.

Non

Non tamen inventum est; quamvis nil liquit in aursum  
Cura hominum; Pesti quod ferat auxilium  
Non Bezoar nobis mittit quod barbara Persis  
Indubiam præbet Pestilitatis opem,  
Sæpè etiam Chymicus coxit fornacibus aurum,  
Nil tamen ægros quod levet inde reedit.  
Sunt simulacra alij fausto qui fidere fingunt,  
Sed contra Pestem quid simulacra queant?  
Ergo UNTZERITERUM quid prodest eudere cartas,  
De Peste, in cassum luditur ille labor?  
Abfit: nam vario morbus discrimine distat,  
Unaq; non semper Pestis origo fuit,  
Est quando Phæbus summi mandata tonantis,  
M. Exequitur, spargens per sua tela Luem.  
Tunc hominum pecudumque genus trudentur ad  
orcum,  
Et nemo est contra qui velit ire Jovem.  
Hæc precibus locus est, nihil hæc medicamina pos-  
sunt;  
Votaq; sunt tantum persolunda Deo.  
Nonnunquam cæco vitio corrumpitur aura,  
Aut patitur labem mobilis humor aquæ.  
Intus & in nostro subolescit corpore virus,  
Quod nos ad stygias concomitatur aquas.  
Tunc variis opus est medicum præstare medelis,  
Obvius huic hosti qui vult ire pede.  
Hoc UNTZEREDOCES, dum promissis divite Gaza  
Quidquid in innumeris est reperire libris.  
Vive UNTZEREDIV, qui vitam reddere cunctis  
Tentas, hæc vivet gloria post cineres.



IN SYNTAGMA  
ANTIDOTORUM PESTILEN-  
TIALIUM,

*Præstantiss: Medico-Chymici*

D. MATTHIÆ UNTZERI



*Perfectam seriem quæ feceris Antidotorum,  
Pestivorum, Medicam dic MEDICINA  
manum!*

*Audis particulas, videoq; illius & hujus:*

*Sed SYNTAGMA unum des, MEDICINA,  
volo!*

*Haut posses; nisi sola manus tibi porgeret ansam*

*UNTZERI, hem! nullo fessa labore manus.*

*Hæc, dum perfectam seriem facit Antidotorum,*

*Hic quoque perfectam Te, MEDICINA  
facit.*

LAURENTIUS Schm, U. J. D.

& Scabinat. Hal. Ad-

*sess.*

IN



INDEX

(d)



# INDEX

Præcipuorum Capitorum hujus ANTI-  
DOTARII.

## IN I. LIBRO.

1. De Genere Morborum. *Pag. 1.*
2. De Pestis definitione. *Pag. 6.*
3. De Contagij naturâ & differentiis.  
*Pag. 11.*
4. De Subjecto Pestis. *Pag. 17.*
5. De differentiis Pestis. *Pag. 23.*
6. De Causis Pestis. *Pag. 26.*
7. De Signis, futuram Pestem indican-  
tibus. *Pag. 48.*
8. De Signis Prognosticis in Peste. *Pag. 53.*
9. De triplici à Peste præservandi modo  
*Pag. 58.*
10. De curatione Pestis. *Pag. 92.*

## IN LIBRO II.

1. De Simplicibus Vegetabilibus, Pesti re-  
sistentibus. *Pag. 108.*

1. De

INDEX.

2. De Simplicibus Animalibus eidem  
Lui contrariantibus. *Pag:175.*
3. De Simplicibus Mineralibus Pestem  
amolientibus. *Pag:187.*
4. De Aquis destillatis Simplic: ad Luem  
hanc inservientibus. *Pag:203.*
5. De Oleis destillatis nonnullorum Sim-  
plicium. *Pag:211.*
6. De Salibus Chymicis alexiteriis.  
*Pag:217.*
7. De Extractis antipestiferis. *Pag:225.*
8. De Spiritibus Chymicis, Pesti adver-  
santibus. *Pag:227.*
9. De Tincturis & Balsamis alexiphar-  
macis. *Pag:232.*
10. De Magisteriis & Floribus Pestem fu-  
gantibus. *Pag:235.*
11. De quibusdam Compositis, Officinis  
usualibus, ut 1. *Syrupis*, *Pag:238.* 2. *Pillu-  
lis*, *Pag:240.* 3. *Acetis*, *Pag:243.* 4. *Con-  
ditis*, *Pag:244.* 5. *Conservis*, *Pag:246.*  
6. *Oleis*, *Pag:247.* 7. *Electuariis*, *Pag:249.*
12. De quibusdam aliis Compositis, Of-  
ficin: minus usual: ut 1, de *Electuario*. *Pag:253.*

INDEX.

1. de Pulveribus. Pag. 255. 2. de Morsulis & Rotulis.  
Pag. 256. 4. de Trochiscis sublingualibus. Pag. 258.  
5. de Syrupis. Pag. 259. 6. de Claretis. Pag. 260.  
7. de Acetis. Pag. 261. 8. de Pillulis. Pag. 261. 9. De  
Pulveribus ad Suffitum. Pag. 262. 10. de Trochiscis  
pro Fumo. Pag. 263. 11. de Candelis pro Fumo. P. 264.  
12. De Pomis odoriferis. Pag. 265. 13. de Limimentis  
pro naribus. Pag. 266. 14. de Sacculis odoriferis.  
Pag. 267.

13. De Compositis Spagiricis Antipesti-  
feris. Et 1. de Aquis Stillat. Theriacalibus. Pag. 268.  
2. de Extractis & Antidotis. Pag. 270. 3. de Mixturis.  
Pag. 272. 4. de Variis Essentiis Chymicis.  
Pag. 274.







MATTHIÆ UNTZERI D.  
**ANTIDOTARII**  
 PESTILENTIALIS  
**LIBER I.**

In quo, tamquàm in Synopsi, per Quæstiones  
 ac Responiones succinctas, Doctrina universa de na-  
 tura PESTIS, breviter, perspicue, ac me-  
 thodicè traditur, & legenti ob oculos  
 ponitur

*In tres Partes tributus.*

**P A R S I.**

Continens Descriptionem, Differentias,  
 Causas, Signaq; tam Diagnostica quàm  
 Prognostica Pestis.

**DISTINCTIO I.**

*Quale Genus morbi PESTIS*  
 Morborum Genera quot sunt?

*Pestis  
 quale ge-  
 nus morbi*

**R**Esp: *Tria: 1. Intemperies, seu 4. primarum qua-  
 litatum excessus, competens potissimum partibus  
 Similaribus. 2. Morbi Compositionis seu con-  
 A forma.*



formationis, qui proprii sunt Organorum seu partium dissimilariū 3. Unitatis solutio, quæ utrisq; communis est.

Ad quod Genus igitur referenda Pestis?

Rem si pensculatius examinaverimus, ad neutrum genus propriè Pestem referre possumus.

Et cur non Intemperies, ea dicenda?

Pestem  
non esse  
intemperiem. Ra-  
tio I.

Solam intemperiem Pestem non esse, aut dici debere, probatur. 1. Quia nulla intemperies, sive ea sit simplex sive composita, celorem subitumvè generationis modum sortitur, sed sensim tantum ac successivo quasi motu procedit ac suboritur. Pestis verò plerumq; repente & à πρῶτον ἄρῃ hominem invadit ac corripit, viresq; ejus adeò enervat ac prostermit, ut sæpè antequàm se agrotare putet, ad ultimum Fati limen, illum perducatur, vitæq; proxus exuat. 2. Quia nulla intemperies nãd̄ aũq; contagiosa existit. At Pestem, contagiosissimè morbum, citissimè in plures se diffundentem, nemo nisi rationis inops negatum ibit. 3. Quia omnis intemperies, qualiscumq; ea sit, è corpore ablationem sui postulat tantum per contraria adhibita. Verùm Pestis non nisi alexipharmacis quibusdam specificis, atq; appropriatis Antidotis, nullâ qualitate manifestâ agentibus, averruncatur & profligatur. 4. Quia nulla intemperies, tam valida activitatis existisse unquam comperta est, ut paucorum mensium, dierum vel horarum spatio, aliquot centurias vel ebiliades hominum pessum dederit; Pestem autem sapissimè semestri vel trimestri tantum spatio, multa millia hominum miserabiliter jugulasse, ac internecioni dedisse,

pleni

pleni sunt Historicorum probatissimorum Commentarii.  
5. Quia nulla non intemperies, methodo therapeutica semper est subiecta. At Pestis curatio extrâ methodum medendi ordinariam consistit, neq; ad eam, teste Gal: lib: 1. de differ: morb: proprio pertinet.

Quare autem inter Organicos morbos  
Pestis non reponenda?

1. Quia vix ullius membri figura naturalis, in hac Lue ita vitatur, pervertitur atq; immutatur, ut actiones illius impediatur, quod sane fieret, si ea, quæ recta sunt, curvarentur, vel quæ curva, recta evaderent, sed plerumq; eandem figuram, quam antea habuerunt, in morbo quoq; retinent.  
2. Quia in Peste partem seu membrum aliquod corporis, vix ac ne vix quidem adeo supra debitum nature modum, excrecere, vel infra hunc subsistere videmus, ut planè omnem suam naturalem actionem deperdat.  
3. Quia Pestis neq; exuperantiam aliquam rerum non necessariarū, aut toto genere præter naturam secum adfert: neq; defectum alicujus rei naturalis inducit.  
4. Quia omnes partes in hoc adfectu venenato ita suum situm naturalem retinent, ut ne minimè unum quidem loco suo convenienti recessisse conspiciantur.

Ergò nec locum quoq; habet inter morbos solutæ unitatis?

Minimè: Nam si Pestis unitatis solutio dicenda esset, tunc illa vel cum vulnere, vel cum ulcere, vel cum fracturâ necessariò conjungeretur. Quod tamen semper fieri minimè videmus. 1. Non enim adest vulnus, quia hoc non

5.

Pestem  
non esse  
morbum  
Organicū

Ratio 1.

2.

3.

4.

Pestem  
non esse U-  
nitatis so-  
lutionem.  
Ratio 1.

2. nisi ab externâ causâ, vel secante, vel incidente vel pun-  
 gente proficiscitur, quæ prorsus hic deficit. 2. Nec ulcus  
 inseparabiliter in omni Peste, nec in omnium hæc lue cor-  
 rectorum corporibus reperitur; imò constat, plures contagio-  
 so hoc malo tactos ex hac vitâ abripi, in quibus nec antè nec  
 post mortem ullum aliquod ulceris vestigium adpareat,  
 quamvis non negandum, interdum è rupturâ seu apertione  
 Bubonum seu Anthracum pestilentium, in quibusdam ul-  
 cera maligna suboriri posse. 3. Multò minus Fractura a-  
 liqua huic morbo complicatur, quia destituitur corpore va-  
 lido, denso duroq; extrinsecus irruente.

Ad quod igitur Genus morbi Pestis  
 referenda?

Ad morbos totius Substantiæ, quia non sensim, sed à-  
 deòus, maximâ vi ac celeritate insitos vitaleq; Spiritus, i-  
 ipsumq; adeò anima proprium instrumentum, nempe cali-  
 dum nativum, primum ac per se tetrâ malignâq; lue oppu-  
 gnat, fatigat, ac plerumq; corrumpit ac prostermit.

Quid vocas Morbum totius Substantiæ?

Quid sit  
 Morbus  
 totius sub-  
 stantiæ

Morbus totius Substantiæ is est, qui non manifestis  
 sed occultis qualitatibus non calidum frigidum, humidum,  
 siccum, sed verum cujusq; partis vitale principium, quod  
 Hippocrates το δευτον εν φλοσιν vocat, oppugnat, quatenus  
 qualitatibus nobilioribus, à formis partium viventium im-  
 mediatè profluentibus, maxime contrarius est.

Sed

Sed dantur nè reverâtales Morbi?

*Maximè: Quamvis nullo non tempore aliqui exstiterint, etiam inter præstantiss. Philosophos ac Medicos, qui fortissimè huic sententiæ sese opposuerunt, eiq̃ strenuè semper reclamaverunt.*

Esse morbos totius Substantiæ probatur.

Undè autem id probas?

*Quamvis ad hujus rei probationem multa adduci possent argumenta, in præsentiarum tamen hæc 2. tantùm ratiocinia sufficiant. 1. Omnis actio læsa provenit vel ab aliquo morbo partis, vel ob externum errorem. Sed dantur actiones læsæ in partibus similaribus, quæ neq̃ ob externum errorem, neq̃ à morbo aliquo intemperiei proveniunt, ut in sumptione vel haustu venenorum) Ergò necesse est ut in partibus similaribus aliud adhuc decur genus morborum, à quo illæ actiones læsæ proveniant. 2. Omnis actio est inter contraria, quæ sub uno eodemq̃ genere comprehendantur. Dantur autem agentia, ut sunt medicamenta, tum purgantia, tum alexiteria, tum venena, quæ totius substantiæ proprietate nas adficiunt. Ergò necesse est, ut ea non primas corporis qualitates, sed potius totam illius substantiam adficiant atq̃ lædant.*

1.

2.

Quid nomine aut voce Pestis intelligitur?

1. *Pestis interdum à  $\Phi$ λογία, id est, corruptelam Aeris denotat, à plurimis inquinamentis causatam, undè tamquam à causa proxima postea à funestissimi morbi sobo-*

*Æqui vocatio vocabuli Pestis.*

lescunt. 2. Nonnunquam significat morbum à tali aeris contaminatione natum. 3. Vulgus verò Carbunculum, & Bubonem, vel maculas pustulasq; malignas, Pestem appellat, quæ tamen, comites potius morbi sunt, quàm morbus ipse. 4. Alii Febres pestilentiales ipsam Pestem nuncupant.

Quid igitur tu propriè Pestem dicis?

## DISTINCTIO II.

### Definitio Pestis

Definitio  
Pestis.

**P**estis est morbus communis seu Epidemius acutiss: contagiosus & perniciosus, quæ occultâ suâ malignitate, ac spiritali veneno, vel in Aere, ob variorum pu-  
ααυαυαυ & virosarum exhalationum, à superioribus vel sublunariibus excitatarum, susceptionem, concepto ac per inspirationem postea attracto; vel occulto, quodam incognito, modo in nostris corporibus genito, Cor αδεσως invadit ac inficit, omnem ipsius facultatem, ut & reliquas totius corporis vires confestim prosternendo, putredinem ac Febrem causando, tandemq; multa periculosa Symptomata inducendo.

Brevior  
definitio.

Vel brevius: Pestis est morbus contagiosus, communis ac venenatus, occultâ veneni sui qualitate Cor adstigans ac infestans, ejusq; calorem nativum ac Spiritus vitales oppugnans, undè postmodum, plerumq; maligna putredo, febris, Syncope, omnium virium lapsus, aliq; id genus horrenda & atrocia Symptomata superveniunt quæ tandem mors ipsa frequenter excipit.

Quare

Quare definiisti primò Pestem, Morbum  
Epidemium seu communem?

1. Quia non uni tantum, sed pluribus ac infinitis fere uno eodemq; tempore communis existit, celerimèq; in quoslibet adpropinquantes se ipsam velut diffundit. Sicut enim proprie ac dicuntur morbi communes, illi, quicumq; indiscriminatim in omnes cujuscvis aetatis, sexus, ac temperamenti homines seviunt, populariterq; grassantur: vel quia sunt naturà preediti, ut se acyssimè in alios diffunderent, seq; quasi multiplicare possunt. 2. Quia à communi causa, illa proficiscitur, nimirum vel ab aere, vel ab alimentis. Quae namq; compluribus usui sunt & evitari nequeunt, qualia commune alimentum sunt & aer, eadem si forte corrupta fuerint & inimica naturae, pluribus quoq; noceant, morbosq; communes inferant, omnino necesse est. Et quanto quidem Aer alimento communior, tanto etiam ex illo, quam ex hoc, Pests universalior sevioreq; exoritur.

Explica  
tio parti-  
um singu-  
larum De-  
finitionis

Estne etiam differentia aliqua Morbo-  
rum Epidem: seu communium?

Omnino. Alii enim vocantur mites, qui, et si plures simul invadunt, non tamen omnes statim pessumdant, sed paucos tantum interimunt. Cujus generis sunt Variolae & Morbilli, item Catarrhus & Tussis illa Epidemica, quae Anno 1557. viguit, quae et si plurimi adficebantur, nemo tamen mortem obibat, praeter infantes, teste Valeriolà in: adpend: loc: comm: & Mercuriali. Quo etiam pertinent Diarrhae, Febris Ungarica, simileq; alii, certis qui-

busdam

busdam annis, nunc hanc nunc illam regionem infestantes. Quidam autem dicuntur maligni, atroces ac perniciosi, plurimos quos corripunt, neci dantes, inter quos Lues pestifera primas jure merito tenet.

Cur deindè Pestem dixisti Morbum  
acutissimum?

Quia omnino fert, ac eundem morem ac tenorem, quem alii morbi acuti obtinent, & ita Proprium illorum (ut dici solet) in 4. modo possidet.

Quodnam autem est proprium morborum acutorum?

Velociter & brevi temporis spatio cursum suum absolvere, non sine vehementia & gravitate Symptomatum, maximà & non absq; periculo, citò vel ad salutem vel ad mortem terminare. Cum igitur vix ullus alius morbus, majori celeritate ac vehementia historiam suam absolvat, & 4. illa universalia morborum tempora percurrat, hominemq; citius jugulet, dirà istà ac venenatà Lue, idcirco non immeritò, illa, hoc quidquid est Epitbeti, sibi vendicat.

Ob quam causam tertio vocasti Pestem,  
morbum perniciosum?

Inductus ad id, tum Ratione, tum Experientia. Rationem 1. quod spectat, triplici potissimum modo Pestis pernitiem & exitium corpori adfert maximum. 1. maligna



seu venenatam qualitatem suam Cordi communicando. 2. occulto suo veneno, spiritibus vitalibus adversando, eos dissipando, ac tandem in Pulv. Sequov. unà cum humido primigenio corrumpendo, ac penitus tandem extinguendo. 3. Agmen seu Lernam multorum periculosiss: accidentium inducendo. 2. Deinde Experimentiam quod attinet, nemo adeò rudis existit, qui non vel ex Historiographorum commentariis didicerit, vel à majoribus ac parentibus suis edoctus fuerit, vel proprià observatione cognoverit, quantum stragem clademq; maximam, Pestifera Lues sapenumero generi humano dederit atq; intulerit. Et ut alia, quæ passim obvia sunt hujus rei Exempla præteream, illud imprimis memorabile, quod à Nicephoro lib. 3. Histor: Eccl: cap: II. refertur. Vespasiano imperante, Roma tam ingentem grassatam fuisse Pestem, quæ quotidie fere ad 10000. hominum absorpsisset. Nec silentio involvendum, quod à Leonclavio proditum, in Pand: suis Turc: No: 130. Pestem nimirum Constantinopoli intra 4. menses 150000. hominum absorpsisse, nec anno sequenti pauciores interiisse. Ita Albrechtus Crantzias, & Funccius in Chron: suis scribunt, tempore Caroli 4 Imp: 3. annorum spatio, Monachorum tantum Franciscanorum (non supputatis aliis, aliorum ordinum personis) 124434 Peste extincta fuisse.

### Cur tandem in Definitione vocem

CONTAGII addidisti?

Ad innuendam & declarandam Differentiam Specificam, quæ Pestis ab aliis morbis distinguitur, Siquidem apud omnes Medicos in confesso est proprium quasi Chara-

*eterisimum Pestis existere Contagium nec unquam observatum fuisse, Pestem aliquam ex naturalibus causis productum, contagione caruisse, undè S. D. Basilus in Homiliâ suâ super Psalm. 1. ait, ab omnibus tam Philosophis quàm Medicis, hoc Pesti singulariter tributum esse, ut sit contagiosa, & ut uno infecto, polluatur & aliter. Et Aristot. lib. 1. Problem: sect: 7. pronunciauit, Pestem solam maxime esse contagiosam.*

Contagium autem hoc quomodo  
transfertur?

*Per Vaporem seu expirationem calidam, putridam, tenuem, malignam & tenacem, à corpore infecti egredientem celerrimè, & velut in ictu oculi in alterius corpus per manifesta vel occulta spiracula se ingerentem.*

Sed quâ fit, quod salubres halitus seu Vapores non possint sanitatem adferre morborum corporibus?

1. Quia plura requiruntur ad alicujus rei constructionem quàm ejusdem destructionem, & in plurisq; rebus naturalibus ita comparatum esse videmus, ut citius bona dent locum malis, quàm mala bonis. 2. Quia ex Gal: & Arist: doctrinâ, plura ad Sanitatem quàm ad morbum sunt necessaria. Malum enim ex quovis defectu: Bonum autem ex integrâ causâ. Sanitas solo tactu non comparatur, quia 3. Sanitas (cui mediocritas quaedam) non vincit excessum (scilicet morbum) Excessus autem facillè vincit mediocritatem. 4. Præterea quia Sanitas consistit in quiete, morbus

vero

verò in motu. 5. Ad hæc quia Sanitas in concentu, morbus  
verò in diffidio & solutione physica ac mathematica suam  
habet Essentiam. 6. Adde, quod in quavis contagione, sub-  
stantia alicujus corruptio fiat, qua nec à natura nec reme-  
diis corrigi, sed sola corrupta substantia ablatione emenda-  
ri potest. Vapores autem salubres, non exturbare posse cor-  
rupta, extrà omnem disputationis aleam positum est, cum id  
soliùs natura munus & officium sit. 7. Deniq; tantum a-  
best, ut pauci halitus naturam à morbo oppressam erigant,  
quin citius ipsi quoq; inficiantur, vel certè dissolvantur,  
quod facillimè fieri potest.

DE CON-  
TAGIO.

### DISTINCTIO III.

CONTAGII natura exponitur.

Sed quid propriè Contagium est  
ac dicitur?

**C**ontagium nihil aliud est, quàm adfectio præter na-  
turam, quæ alteri corpori à corpore præter naturam  
similiter adfecto communicatur. Vel: Contagium  
est corporis seu compositi quedam corruptio, ei similis, à quo  
primum manavit, quæ infectione in particulis communi-  
cata, ex uno in aliud transiit.

Estne Contagium Morbus vel  
Symptoma?

Contagium neq; Symptoma dicendum, sed causa mor-  
bi, ut potè in quo halitus quidam teter noxiusvè Vapor ac  
malignus, aut aliud aliquid contagiose Locus seminarium,  
ab egro in corpus sanum influat, illudq; suo adventu &  
participatione contaminat.

Quæ requiruntur seu necessaria sunt  
ad Contagium propagandum?

Requisita  
Contagii

Hæc tria: 1. Ipsum agens seu corpus contagiosum, adfectionem illam præter naturam, quâ alia inficere potest, obtinens. Et si enim aliquid morbi alicujus causa esse possit, tamen nisi & eo ipso laboret morbo, contagiosum esse, & aliud contagio inficere non dicitur. 2. Adfectio, quæ communicatur, quæ quiddam præter naturale est non tamen ipse morbus, quo prior infectus est, qui in alium non transit, sed corpus quoddam, & semen quasi quod alteri adbarens & communicatum; adfectum illum, quo laboratis, à quo communicatur, excitare potest. 3. Patiens seu corpus, quod contagium ab alio corpore recipit. Cum autem non quodlibet agat in quodlibet sed in proportionatum, idcirco hic quoque inter agens & patiens, debita requiritur proportio. Semper tamen inter contagium & corpus patiens aliqua peculiaris actio à Deo necessaria est, & actio, non tam ob similitudinem corporis communicantis & recipientis fit, quam ob contagii peculiarem contrarietatem. Omnis enim actio est inter contraria, & omne agens cupit sibi simile reddere patiens, eandemque ipsi naturam & actum tribuere.

Causa  
Contagii

Causæ Contagii quænam sunt?

1. Aeris corruptio, vel à solo qualitatum excessu, aut à commixtione putridorum ac Veneratorum vaporum, qui ita cum eo commiscentur; ut sicuti in respiratione nullate-

nus separari queunt, sic universum respirantium genus labem suam necessario conspurcent ac inficiant. 2. Putrefactio in aliquo humore vel materia, quam precedunt interna obstructions & plenitudines cacochymica. Ejusmodi igitur humorum putredo alius communicata, Contagium producit. 3. Lentor fomitis, quia lenta, viscida ac glutinosa, facile tenaciterq; adhaerent, nec ita cito dissipantur aut dissolvuntur, unde per moram, labem aliquam imprimunt. 4. Adhaesus materia putrida in aliqua corporis superficie seu cutaneis locis, ut in Scabie, Lue venerea, Lepra &c; unde illius facile postea communicatio.

Quotuplex vero est Contagium?

Duplex. Alterum immediatum dicitur: Alterum vero mediatum.

Quid vocas Contagium immediatum?

Immediatum contagium est, cum unum corpus alterum immediate contingit, absq; ullius alterius corporis interpositione, ut cum quis accubando alteri, vel eundem conrectando, eundem tangit nullo alio mediante corpore. Et ab hoc contagio facilissima est morborum, qui ex contagio inobuntur, communicatio; sicut id patet in Lepra vel Lue & ad febris corporibus, qua solo accubitu ac contactu, sanum hominem inficere similemque morbum, quo ipsa laborant, eidem celeriter communicare possunt, non aliter atq; videmus, pyra, poma, aliosq; fructus marcescentes ac putrescen-

Contagium duplex.

*rescences, solo contactu suo alios ejusdem generis fructus, nihil vitii adhuc passos, inficere, & putredinem ac corruptionem citam illis communicare. Unde Juvenalis: Uva etenim livorem ducit ab uvâ.*

Contagium autem mediatum  
quid est?

*Quod mediante alio corpore propagatur. Idq̃ Contagium rursus duplex est, nempe est illud, quod fit per fomitem, & 2. quod fit ad distans seu per Aerem.*

Quid nomine Contagii per fomitem intelligis?

*Nibil aliud, quàm quod per fomitem quemdam ab uno corpore in aliud transportatur. Fomes autem id præcipuè dicitur quodcumq̃, seminaria Contagionis in se ipsum excipere, exceptaq̃, diu fovère ac retinere, tandemq̃, per bac ipsa resenta & conservata seminaria inficere potest, quemadmodum sunt vestes, linteamina, stragula, aliq̃, id genus, qua porosa existentia facile recipiunt malam patientis qualitatem, imprimis verum ea, qua ex gossypio aut lanâ, aliâve materiâ simili conficiuntur. Unde Marsilius, Antid: Epid: cap: 24. Ut ignis (inquit) Oleum sic nutrimentum veneni Pestis est lana, & quidem ita enutrit lana hoc venenum, ut non modò conservet ipsum, sed & augmentet ac fortificet.*

Quid

Quid verò adpellas Contagium  
ad distans?

Contagium  
ad distans  
quid

Quod non vicina, sed nonnihil distita corpora, vi ac  
inter ventu alterius, Aeris nimirum adficit. Nam etsi om-  
nis actio naturalis fiat per contactum, & ea qua se mutuo  
non contingunt, agere invicem non possint: tamen cum  
contactus sit duplex, unus corporalis, quando nimirum duo  
corpora proxime se contingunt; aliis virtualis seu spiritua-  
lis, cum sese ipsa corpora non contingunt, distitum tamen  
corpus, ut alterius corporis adficitur, idcirco merito conta-  
gium istud ad differentiam prioris, adpellationem hanc,  
ad distans sortitur. siquidem ejus venenum tantæ subtilita-  
tis existit, ut ad sui communicationem, actualem conta-  
ctum minimè requirat, verum per spatium satis distans  
communicari possit, ut accidit in serâ illa Peste Atheniensis,  
quam Lucretius ita describit:

Nam penitus veniens Ægypti è finibus ortus.  
Aera permensus multum camposq; natantes  
Incubuit tandem populo &c.

Sunt nè hæc 3, Contagiorum genera unius  
us ejusdemq; activitatis?

Minimè. Primum enim quod solo corporali con-  
tactu propagatur, omnium languidissimum est. Alte-  
rum, quod per fomitem profeminatur, gravius existit,  
Tertium verò quod ad distans corripit, longè pernicio-  
siss: quippe in tenui & vaporosa substantiâ consistit, cujus  
activitas insignis admodum & velox.

In quo tandem consistit natura  
Contagii?

*Et si alii aliter hæc de re sentiant, ego tamen adfero, in  
Putredine potissimum omne consistere & fundari Conta-  
gium.*

Quid probas?

Contagi-  
um in Pu-  
tredine  
consistere.  
Probat. 1.  
2.  
3.  
4.

1. Quia in externis sola putrescentia videmus vicina  
corrumpere solius putredinis communicatione, ut de fructi-  
bus paulò antè dictum. 2. Quia in omni Contagione pu-  
tredo cernitur, hæcq; illi complicatur, sicut inductione de-  
monstrari posses. 3. Quia nullus quatumvis perniciosus  
morbus, dummodò expers sit putredinis, contagione in alios  
proserpit, ut adparet in Apoplexia, Epilepsia, Mania, Hy-  
drope, & infinitis aliis adfectibus, quos nemo contagiosos  
dixerit, licet in numero graviss: acutiss: ac periculosissimu-  
rum morborum habeantur. 4. Quia in omni contagio sic  
corruptio substantia non secundum totum sed secundum  
partem, idq; sensim. At talis corruptio est putredo. Qua-  
re cum per putredinem dumtaxat particulatim sic dissol-  
vantur substantia, ut ex iis vapores putridi, caloris trans-  
vectores tolli, & ad propinqua deferri cum Contagio que-  
ant, perspicuum hinc evadit, operâ putredinis morbos con-  
tagiosos fieri.

Sed cur sublatâ putredine medicamentis ex-  
siccantibus, non protinùs quoq; tollitur Conta-  
gium ipsum, sed ad id auxilio Alexiteri-  
orum opus est?

Tenen



Tenendum, Contagium non in quavis consistere putredine, sed solummodo in eâ, à qua scilicet evaporatio sordida, lenta ac glutinosa procedit, quæ evaporatio si desit, nec Putredo quoq; contagiosa unquam erit, hæc igitur sublata convenientibus suis & adpropriatis remediis, non dubitandum, pessum quoq; iturum Contagium ipsum. Præterea constat, pharmaca Alexiteria, ejusmodi prædita esse naturâ, ut non tantum malignæ qualitati oblucentur, sed & peculiari sint instructa facultate, resistendi putredini, idq; ratione summe siccitatis, quæ in illis viget. Putredine igitur per alexipharmacam totum devictâ ac repressâ, nulla Contagii labe amplius in corpore residua seu superstes manere poterit.

## DISTINCTIO IV.

Subjectum Pestis proponitur

Quodnam est verum Subjectum

Pestis?

De Subjecto  
Pestis.

**V**erum, principale ac genuinum Pestis subjectum seu *τοῦ ἐπιδημίου*, in quo latitat ac hospitatur serpens hiccæ & immanis Tyrannus, nullum aliud est, quam ipsum COR hominis, arx illa vitæ, & fons humidi primogenii, scaturigog, caloris nativi, non quidem simpliciter, nec quatenus organicâ constitutione sed quatenus non tantum complexionali sed propriâ & consubstantiali Crasi præditum, efficax est ad caloris influentis generationem. Viscus igitur hoc nobiliss; ab occultâ, malignâ & exitiali *δυσμεγείρα* per Pestilentis ac venenati aeris attractum seu

C

inspi-

*inpirationem inductâ, eiq; communicatâ, adfectum, confestim ad omnia sua munia exercenda ineptissimum ac debilitat. redditur, præsertim verò ad  $\epsilon\tau\iota\pi\pi\upsilon\lambda\omicron$  Spiritus, caloris, vigorisq; vitalis productionem, quâ cessante, non potest non Cor & totum corpus, ejusq; inservientes facultates & operationes omnes, imprimis verò Cordis & Arteriarum pulsus, labascere protinus ac deficere.*

Ergò Pestilens venenum semper Cor  
petit & obsidet?

*Ita est. Nã si proprium omnium aliorum venenorum sit, primò ac principaliter Cor petere ac ledere, utiq; non dubitandum, Pestilenti veneno, uspotè longè subtiliss: ac penetrantissimo, talem quoq; insitam omninò esse proprietatem, illudq; citius cæteris venenis ad Cor descendere, ejusq; calorem nativum vel corrumpere ac labefactare, vel penitus opprimere ac suffocare. Cujus quidem rei non creperam nobis faciunt fidem, horrenda ac formidanda illa Symptomata, quæ dirâ hæc lue obsessis  $\omega\varsigma\epsilon\pi\iota\theta\epsilon\omega\omicron\lambda\upsilon$  supervenire videmus, qualia sunt Syncope, tremor ac Palpitatio Cordis, lassitudo totius corporis, extremarum partium insignis refrigeratio, atq; Virium omnium extrema prostratio; Signa nimirum adstricti, & nefandissimi hostis tyrannide summoperè infestati ac percussis Cordis, certissima ac manifestissima.*

Sed cur natura, Venenum pestilens non semper extrudit ad Glandulas axillarum, tamquam propria emunctoria Cordis, verum interdum quoq; illud deponit ad emunctoria Cerebri & Epatis, undè Parotides & Bubones?

*Quamvis*

Quamvis paulò antè dictum, Cor principaliter præ aliis visceribus, in Peste à veneni malignâ qualitate lædi ac infestari, non tamen ob id infitiandum, Cerebrum & Epar graviter quoq; hic adfici posse, non tamen primariò, sed secundariò, post læsum scilicet Cor. Quod verò natura ad aures vel inguina nonnunquam venenum protrudat, & non semper ad axillarum glandulas illud derivet & exoneret, id materie οεγάσμο, & indomita malignitati, qua humores variè agitat, & huc atq; illuc citra rationem impellit, acceptum referri debet; vel, eà de causâ fieri putandum, quod forsàn loca illa imbecilliora existant us, que juxta Cor posita sunt, unde promptius impulsum virulentæ materie suscipiunt, eamq; in se recondunt.

Quâ autem vi seu qualitate Venenum  
Pestis Cor adficit ?

Actio hujus veneni planè spiritalis est, nec excessu aliquo primarum 4. qualitatum Elementarium, sed potius singularis cujusdãam, abstrusa, occulta & incognita Virtutis potentia ac proprietate, substantiam calidi nativi oppugnat, labefactat & atterit, undè postea repentina omnium virium ac facultatum dejectio & exolutio sequitur. Id quod breviter tali Syllogismo probatur. Si Elementorum qualitates summa ea efficere nequeunt in magnâ satis copiâ, qua Pestifera faciunt in exiguâ, in quibus qualitates sunt remissiores: actiones istæ Pestis aliundè, quàm à qualitatibus progrediuntur utpotè totâ substantiâ. Atqui qualitates Elementorum ea nequeunt efficere, qua faciunt pestifera & venenosa. Ergò &c.

Nulla ergò alia qualitas, præter occultam  
illam hinc locum habet?

Nulla prorsus. Siquidem *δυσμετρία* illa, quam Vene-  
num pestilens corpori imprimit ac inducit, neutiquàm sub-  
jecta est ulli primarum qualitatum, aut per eas, operatio-  
nes suas mirandas perficit & exequitur, (quamvis illis in-  
terdum tamquam organis obscuro modo utatur,) sed natu-  
ram earum longissimè superat atq; transcendit, quia singu-  
larem vim *Φθασίτην καὶ ὀλεθρίαν* seu exitiosam possidet,  
& ipsi Cordi principaliter occultà tantùm *ἀντιπαθεῖα* quã-  
dam contrariatur. Quà ratione dyscrasie hoc genus se-  
parandum, non solum ab omni manifesta, sed etiam ab oc-  
cultà omni alià, quæ non principaliter Cordi, sed cæterorum  
membrorum alicui crasi opponitur, licet sit quoq; lethalis  
& communissima. Luem enim Gallicam, uti nec Febrem  
Ungaricam, nec Dysenterias contagiosas, licet satis perni-  
tiosi sint morbi, nemo tamen rectè Pestes adpellabit, ut quo-  
rum *δυσμετρία*, utcumq; occultæ & communes, non tamen  
Cordis, sed primariò Epatis vel intestinorum temperamen-  
ta, occultà *ἀντιπαθεῖα* impugnare solent.

Est nè Febris semper conjuncta

Pesti ?

Febris  
num sem-  
per Pe-  
stem comi-  
tetur.

*Ἰψα* pestilens *διὰ θεοῦ*, quamvis per se Febris non sit,  
continuo tamen per Entredinem insignem illi copulatam,  
Febrim excitat sibiq; adjungit. Pestem enim inferens vene-  
num illud, sicut *ἐμφύσιον σπυροῦ* Cordis: ita non minus et-  
iam ab hoc ipso quoad progeneratur *ἐμπύσιον* *θερμὸν* ob sub-  
stantie *συγγένησιν* ubiq; & in omnibus corporis partibus,

non

non in solo corde crudeliter persequitur, oppugnat, & expugnare nititur, adeo sanè, ut Foresto teste lib: 6. de Febr: obs: 22. Juveni cuidam robustissimo tela aranea qua in domus insectæ scriptio quodam dependens, supra manum ei cecidisset, ubi tò pestiferam pustulam, quâ & secunda statim die extinctus est, excitavit. Quo vel solo si alia experimenta & rationes deessent, evidenter satis cernitur, quare a veneni illius sit pernicietas, & quæ contra unum dùm vaporem, quod si ve respiratione per Pulmones corpus subeat, si ve pulsu per cutis poros Arteriarumq; spiracula attrahatur, si ve contagio quodam contrahatur, confestim ejus quam attigerit, particule calorem nativum, & substantiam labefactat & dissolvit, eiq; putredinem inducit, non quidem levem aut simplicem, sed excellentem & magnam, quæ mox ipsam totam sanguineam massam, omnes scilicet 4. humores simul, imò solidam quoq; particule substantiam adurendo quodammodo destruit ac corrumpit, omnemq; ejus vitalem calorem momento depascitur, & emortuam jam putredini exponit fetidissima. Ejusmodi autem Putredo cum absq; præternaturali calore non consistat, sed hic potius illam, tamquam umbra corpus semper comitetur, idcirco necessario calor iste, tamquam genuina dictæ putredinis soboles, sanguinem, Spiritus, ac humores pervadens, eos crasseos suæ naturalis limites transcendere, & plus quam par est, incallescere faciet, qui deinde calor non nisi febrilis censendus erit. Adplaudit insuper dictæ rationi & ipsa Experimentia, siquidem à totæ centuriis annorum hætenus semper fuit observatum, & etiamnum hodie observatur, quotquot unquam perniciosissimum hoc Pestis venerum adflavit ac

infectis, eos omnes à prægresso horrore, febrili simul calore, malignoq; astu obsessos fuisse, qui graviter illos exercuit, & victoriã inter morbum & naturã, ambiguan semper fecit.

Nulla nẽ igitur Pestis absq; Febre datur?

Ita quidem opinor. Nam quamvis nonnulli contrariam allegent Experientiam dicentes, compertum haberi, Pestes quasdam tantã violentiã homines adortas esse, ut protinus eos è medio sustulerint, antequam febrili paroxysmo quidquam concederetur temporis, id quod adnotavit Jacobus de partibus in Peste qua suã etate dimidiam ferè partem hominum truculenter demersit. Et Alex: Bened: in lib: de febr: Pestil: cap: 2. affirmat, Pestem sui temporis, itã subito advenisse, ut homines plerumq; sine febre, 12. vel 20. horarum spatio, absq; ullã pulsus urinẽq; mutatione interemerit. Ad que tamen, aliãq; ejusmodi Exempla respondendum, homines illi, quos commemorata Pestes subito & ex insperato abripuerunt, quamvis evidenter febricitare non fuerint visi, non tamen ob id existimandum, eos omni prorsus caruisse febre, sed potius Ephemerã pestilenti extinctos fuisse, quod nimirum illo putredinis gradus, quo venenum hoc præditum fuit singularem habuerit à *αλογιδ* ad Spiritus, non verò ita ad humores, vel solidas partes, propterea mirum videri non debet, si paucarum horarum intervallo illi interierint. Deindè & hoc prorato habendum, multos tempore Pestis ferventis, etiamsi intelligant ac deprehendant se jam malignè infectos esse, tamen ad declinandam bujus rei suspicionem apud concives suos, ne vel opificia vel alia negotia sua deserere vel postponere cogantur, idcirco pulcre sanos sese fingentes, morbumq; callidè dissimulantes

sape

ſapè in publicum produnt, templa forag, frequentant, unde ſi poſtea vel propter nimium corporis motum aut laborem, vel animi aliquam paſſionem, aut aliam cauſam irritantem Febris, qua incitio lenta, mitis, ac moderata, vixq, ſenſibilis erat nimium adaugeatur & exaſperetur, ſit interdum, ut exemplo quaſi fulmine tacti in publicis viis corruant, mortemq, ita oppetant.

## DISTINCTIO V.

Differentia Peſtis recenſentur.

Quanam ſunt Differentia Peſtis, & undè ea petuntur?

1. Differentia ſumitur. 1. Ab eius Subiecto, nimirum corde. Hoc autem cum triplici conſtet Subſtantiâ, ſolidâ nimirum humidâ, & ſpirituosa, idcirco, procul hæc vel illa in calefacto eſſe conſtituta eſt, ita etiam Febrium diverſa produnt genera. 1. eſt Ephemera peſtilens, ortum ducens ex Spirituum cordis pernicioſa & maligna infectione. Hæc non diu durat, ſed breviffimo temporis ſpatio, vel naturâ morbi malignitate ſuccumbente hominem perimit, vel eadem vincente, morbumq, ſuperante, omne Venenum ſubito repellit perq, ſudorem, vel à  $\eta\lambda\omicron\nu\delta\iota\alpha\pi\omicron\nu\eta$  magnâ vi excernit, eoque Diarria Peſtis finitur, quæ tamen ob magnâ Spirituum diſſolutionem putredinemq, alicubi jam ceptam, magnam plerumq, etiam poſt ſe virium imbecillitatem, aut novos morbos relinquere ſolet. 2. Eſt Synochus putrida peſtilens, quæ in humoribus ſeu maſſâ Sanguinis ſtabulatur. Quando enim ex inquinamento permixtione ſeu contactu Venem peſtilentis, Sanguis aliq, humores, vel in ipſâ Cordis ſubſtantiâ, vel circa ipſam ac in venis majoribus contenti, putredinè concipiunt, tunc generatur hæc febris putrida, quæ inter reliquas ſpecies, & communiff: & frequentiff: exiſtit.

3. voca

Differentia Peſtis

1.  
A Subiecto Ephemera Peſtilens.

Synochus Peſtilens.

Hectica pestilens.

3. vocatur Hectica pestilens, quæ inde oritur, quando nimirum venenum pestilens, ipsam solidam Cordis substantiam non obsidet solum & expugnat, sed summo cum imperio totam obtinet, confestim calorem insitum opprimens & extinguens, ipsiusq; generationem prohibens, unde postea ex inopinato hominem paucis horis perimit, precipitiq; cursu ad mortem ducit.

2. Differ.  
A Morbo  
ipso

Sunt ne & aliæ Differentiæ?

Imò sunt adhuc plures, ordine nunc commemoranda: Petitur ergò. 2. Differ: à Morbo ipso, ita, ut alia Pestis dicatur magna, vehemens, extremèq; perniciosa, nec non exquisitè Cordis crasi opposita: Alia verò parva, mitis, & non adeò summopere natura nostra infesta: Alia tandem modiocris, quæ scilicet medio modo inter 2, basè se habet, & frequentissima est.

3.  
A Causis

3. A Causis: Hinc nonnulla Pestes dicuntur Internæ, quædam Externæ. Internæ sunt, quæ à succorum corporis pravitate, vel insigni putredine ac corruptione humorum originem ducunt. Externæ verò quæ vel ab intra corpus adsumptorum, nimirum alimentorum vitiosorum & pernitiosà qualitate infectorum usurpatione: vel ab Aeris corrupti venenatiq; attractu ac inspiratione; vel deniq; à Contagii communicatione proficiuntur.

4.  
A morbis  
conjugti.

4. A Morbis conjunctis; qui interdum Pestem comitantur, vel ei superveniunt, interdum verò non comitantur. Hi autem sunt vel interni vel externi. Interni, ut Pbrentis, Epilepsia, Letbargus, Angina, Peripneumonia, Pleuritis, Dysenteria, Cordis tremor, Jecoris phlegmone, Ventriculi subversiones, Colica &c. Externi, qui

vel in



vel in superficie cutis, vel in emunctoriis seu adenibus ut plurimum consistunt, ut sunt Exanthemata, Petecchia, Parotides, Bubones, Autbraces &c.

5. Ab Objectis. Unde duplex genus Pestis. Unum, quod parcens hominibus, sola bruta animantia adficit, & in hac rabiem ac sevitiam suam exercet atq; effundit, unde non raro compertum in quibusdam regionibus ac provinciis. Contagium pestiferum multas armentorum myriades catervatim prostravisse atq; occidisse, hominibus interim sanis & ab hujus contagii labe immunibus degentibus. Alterum, quod intactis brutis seu bestiis solum in humana grassatur corpora, iisq; bellum indicit, interdum quoslibet, nulla habitâ vel temperamenti, vel etatis aut sexus ratione promiscue adoriens; interdum verò magis in senes quam juvenes, vel vice versa sevitens, nonnumquam verò mares aut feminas magis adficiens. Datur præterea Pestis alia que temperamento calidos, alia que frigidos, vel aliâ peculiari corporis constitutione præditos spectatim adficiet & prosterneat.

6. A Spatio, quod occupat. Hinc aliâ Pestis dicitur Universalis, que totum ferè terrarum orbem, vel saltem majorem ejus partem pervadit, qualem sub M. Antonino Imp: bis grassatam fuisse, Romani Scriptores memorant. Aliâ verò Particularis, que unam tantummodò regionem vel provinciam occupat, vel unicam saltem urbem, imò interdum unicam tantum domum invadit.

7. A Duratione. Aliâ enim Pestis brevissimo durat tempore & paucorum mensium spatio finitur, ac consumitur. Aliâ verò in multorum annorum spatium protrahitur.

5.  
Ab Objectis

6.  
A Spatio

7.  
A Duratione.

D

bitur;

bitur, nec ita cito dissipatur, aut periodum suam absolvit, quemadmodum Pests illa, quæ aliquando Tolosa grassata, per integrum septennium duravit, teste Julio Cæs. Scaligero de Subtil: Exercit: 32.

## DISTINCTIO VI.

## Causæ Pestis eruuntur

Undè seu ex quibus Causis proficiscitur Pests?

Causæ Pe-  
stis

**C**ausa Pestis varia ac multiplices sunt. Alias enim Theologi profitentur: alias docent Astrologi: alias deniq; Medici tradunt ac constituunt.

Quam igitur Causam Pestis Theo-  
logi statuunt?

Causa Pe-  
stis secun-  
dum Theo-  
logos.

*Ecclesie Doctores causam primariam & generaliss: uti aliorum morborum omnium, ita quoq; & Pests docent esse DEUM. Is enim cum sit liberrimum agens solusq; omnia, quacumq; eveniunt, seu bona seu mala dicantur, juxta divinum ac imper scrutabile Jusitiz ac Providentiz sue decretum moderetur ac gubernet; idcirco existimandum, morbos quoq; aliasq; calamitates, quibus crebro exponimur, ab ipso solo provenire, nec eas, absq; illius indultu ac permissione quidquam mali in nos machinari posse, quemadmodum id Propbeta Amos non obscure innuit cap: 3. v. 6. dicens: Num erit malum in civitate, quod non fecerit Dominus? Cui adstipulatur & Syracides cap: 11. v. 14. Bona & mala, vita & mors, paupertas & divitia à Deo sunt. Speciatim verò Pestem quod attinet, multa preclara in S. S. existant dicta & testimonia, expressè sanè docentia, hanc Luem à Deo imitti ut videre est Exodi 6. & 12. Levit: 29.*

Num.

Num:16.& 25. Deuter:28. 2. Sam:24. 1. Paralip:21. Je-  
rem:14. 21. & 29. Ezech:5. Amos 4. &c. Cui divino de-  
creto subscripserunt quoq; Ethnici & extranei, nullo ver-  
fidei lumine collustrati, ut potè Gal: in proëm: lib: 1. Epid:  
Plutarchus in vitâ Romuli, & Titus Livius libro 6.  
Causa autem irritans Deum ad crebram ac iteratam hujus  
plagæ immisionem, & sevam hominum punitionem, sunt  
peccata nostra, quibus solis, seu jumentis propriis variarum  
multipliciumq; afflictionum ac miseriarum cumulum, vel  
uno verbo, omnium malorum, instar decumanorum fluctu-  
um sæpè in nos irruentium, sernam ac Panegyriin spontè no-  
bismet ipsis accersimus. Firmiter tamen hoc tenendum,  
DEUM non permittere fieri seu Pestem, seu ullum aliud ma-  
lum, nisi noverit boni aliquid inde elicere. Ideò enim dicen-  
te Gregorio, premuntur justi in Ecclesia, ut pressi clament,  
clamantes exaudiantur, exauditi glorificent Deum. Et  
facit sæpè Deus opus alienum, ut tandem faciat propri-  
um, h. e. punit, & cruce exercet, ut pœnitentiam agentibus  
peccata remittat & rursus misereatur. Dominus enim cor-  
ripit nos ut emendet, emendat, ut servet, servat, ut salvos  
faciat, inquit Cyprianus Epist: 4.

Quid verò Astròlogi sentiunt de causa Pestis?

Astròlogi causam Pestis adscribunt Astrorum seu Syderũ  
sinistro positivi, vel Planetarum maligno influxui, infausisq;  
eorundem constellationi, cujus virtute Aeris substantia ita  
immutetur, pervertatur ac corrumpatur, ut venenatam  
plani naturam induat, ac micò uàla σπείων in se recipiat,  
qua postea cum Aere per inspirationè attracta, malignâ suâ  
qualitate cor, ejuſq; calorè nativum adficiant, sicq; pestiferâ

Causa Pe-  
tis secun-  
dum A-  
stròlogo

febrem causentur & inducant. Compertum enim est fuisse aliquando pestilentes constitutiones, quæ orbem ferme totum graviter adfixerunt. Cujus quidem rei causa, non nisi cælestibus corporibus, stellarumq; certo occursum & configurationi adscribenda. Ab homine contagioso in tot regiones derivatum fuisse hoc malum planè ἀπο τῶν καὶ καὶ ἀγέλασος esset dicere, neq; etiam credibile. Aerem in tot locis à causis manifestis, seu sublunaribus corporibus ita disponi ac alterari potuisse, ut tantam malignam qualitatem indueret, cum admodum qualitatibus differant diversa regiones.

Qui sunt igitur illi sinistri adspectus seu malignæ influentiæ Sydorum, Pestem producentes?

1. Est combinatio seu adspectus sinister  $\gamma$  &  $\beta$ . Item  $\delta$ ,  $\beta$  &  $\gamma$ , maxime verò conjunctio  $\beta$  &  $\delta$ , quorum alter colligit fumos malignos in terra visceribus, alter eos in Aerem vicinum elevat, presertim  $\delta$  in aliquo maligno ad ipsos adspectu existente, vel per Ecclypsin infortunatâ. Unde Anno 1348. ad conjunctionem  $\gamma$ ,  $\delta$  &  $\beta$  in 19. gradu  $\beta$  ingens secuta fuit Pestis, ut tradidère Boccatus, & Guido de Cauliaco, quemadmodum & similes grassata legitur Pestis Anno 1524. cum  $\beta$  &  $\delta$  combinarentur.
2. Sunt ingentes Ecclypses, utpotè quibus Aer pravis ac malignis inquinamentis plurimum conspurcatur. Exempla quicupit, consulat Autores, qui ex professo hæc de re scripserunt.
3. Cometa, ob quorum exstinctorum fœtidum bali-

tum Aer ita conspurcatur, ut postea homines hunc attrahentes facile inficiantur atq; intoxicentur.

Sed quomodo Syderum potest esse aliquis malignus influxus in hæc inferiora, cum illa non in perniriem sed salutem hominum sint condita?

*Verum quidem est Deum opt. Max: Cælum, stellas ac Planetas omnes, in utilitatem hominum creasse, iisq; certas ac definitas leges indidisse, sed ita tamen, ut ipse præsit omnibus, & quos illis indidit ordinatos motus ac vires, eas aut remoretur, aut acceleret, aut immuet pro suo nutu ac voluntate. Potest itaq; Deus, peccatis nostris offensus, & ob id contemptum sui ac Verbi sancti ulturus, Sydera ita inter se commiscere, eorundemq; motus ita disponere & variare, ut inde non nisi prævus effectus resultet.*

Quæ tandem sunt Pestis causæ secundum.

Medicorum placita?

*Medici duplices causas statuunt, Externas nimirum & internas. Ad illas refertur 1. Aer 2. Contagium, & 3. Venescium. Ad has verò Cacoehymia seu insignis humorum in corpore nostro putredo, ab esculentis & potulentis corruptis orta.*

I. Causa Externa Pestis, AER.

Quomodo Aer potest Pestem producere?

**A**er naturaliter se habens numquam ladit aut Pestem inducit, præter naturalem verò constitutionem adeptus, valdeq; secundum Crasin vel substantiam

Causa Pestis Secundum Medicos.

1. Causa Externa Pestis AER

*inmutatus, tunc tam Pestem, quam alios periculosos morbos excitare potest.*

**Quid vocas mutationem Aeris secundum crasin seu qualitates?**

*Quando nimirum Aer in qualitatibus suis manifestis, puta, calore, frigore &c. talem alterationem ac mutationem subit, ut in unâ vel alterâ notabilem patiatur excessum.*

**Quotuplici modo fit ejusmodi mutatio?**

*Aer quo sapliciter mutetur.*

*Duplici. 1. A locis & regionibus prout hæc vel humida, sicca, frigida aut calida sunt suâ naturâ, & prout sunt vel mentosa ac alta vel depressa, & in vallis porrecta. Item prout mari, fluminibus, stagnis ac paludibus adjacent, vel ab iisdem procul distita sunt; ita quoq; Aerem vel nimis calefaciunt vel humectant, vel aliâ qualitate adficiunt.*

*2. A Temporibus anni, cum æquæ non æquæ eveniunt, b. e. quando tempora propriam suam temperiem & constitutionem minimè servant, sed unum alterius naturam induit, ut si hyems sit calida & sicca, Æstas verò frigida & humida &c. vel aeris constitutio, toto serè anno, à progressis nebulis & pluviis, Austrina semper adpareat; inde enim in corporibus, insigni humorum inductâ corruptelâ non solum varia morborum genera sobolescere, verùm pestem ipsam quoq; suboriri posse non solum Hipp. lib. 2. & 3. Epid. & Gal. lib. 1. de Temper. & lib. 1. de differ. Febr. cap. 4. sed & aliorum Medicorum ac Historicorum, quos hic citare, brevitatis hujus Scripti non permittit, luculento constat testimonio.*

*Qui*

Quid nominas mutationem Aeris secundum Substantiam?

*Mutatio Aeris secundum substantiam nihil aliud est, quam intima ejus natura, proprietas, substantie, particularis quaedam transmutatio ac corruptio, qua malignam ac venenatam acquirit naturam, aptitudinem habentem, corporibus peculiariter ad id dispositis, similem corruptionem communicandi, exitialemq, qualitatem usdem imprimendi.*

Quomodo causatur ejusmodi substantiae Aeris mutatio seu corruptio?

*Duplici modo causari illa potest, vel à putredine ipsius Aeris, vel à susceptione variorum iacuarum ac fœdarum exhalationum ab aliis corporibus ad ipsum elevatorum.*

Potestne verò Aer putrescere?

*Aerem putrescere posse probant he rationes. 1. Quia juxta Arist. 4. Meteor. omnia naturaliter mixta, (excepto Igne) putrescere possunt. At Aer est corpus naturale mixtum. Ergo &c. 2. Quia quae humidiss: calidâq, temperie prædita sunt, citius faciliusq, aliis putredini sunt subjecta. Aeris autem temperies talis est, teste Arist. lib. 2. de gener: ac corr: & Gal. lib. 2. Simpl: ac Zoare cap: 4. 3. Experientia tandem testatum fecit, Aerem in terra specubus, vel aliis in locis longo tempore conclusum nec distatum omnino computruisse, & ex se pestilentes halitus diffudisse, ut præter alia Exempla testatur Historia illius urnæ dñi conclusæ, & à militibus post direptum templum in Seleucia tandem aperta, ex qua Aer totus venenatus ac putridus erumpens, horribilem excitavit Pestem, tertiam feri*

*homi.*

Aerem  
putrescere  
posse probatur

1.

2.

3.

*hominum partem absumentem, quemadmodum Ammianus Marcellinus scriptum reliquit.*

Ex quâ causa nascitur ejusmodi putredo Aeris?

*Interdum nascitur ex diuturnâ ejus constitutione, humidâ pluviosâq̄, interdum verò ex susceptione putridarum exhalationum seu inquinamentorum malignorum,*

Undè autem excitantur Aeriq̄; communicantur tales virosæ exhalationes?

*Excitantur vel à corporibus Astralibus, ut sunt infausi Syderum positus: Ecclipses varia: Cometa, Chasmata &c. de quibus ante dictum: Vel à sublunaribus, quæ duplicia sunt, nimirum aut Elementa, ut Terra & Aqua; Aut Mixta, & ea quidem tam imperfectè mixta, ut Nebula, Pluvia, venti &c. quàm perfectè mixta, ut variorum animalium cadavera sepultura carentia.*

A Terra quomodo maligni vapores in Aerem elevari possunt?

Quomodo  
à Terra  
maligni  
Vapores  
in Aerem  
elevantur

*Duplici modo, idq̄; vel Situs, vel Contentorum ratione.*  
1. *Situm quod attinet, id præcipuè hic intelligendus, qui est in valle, ac locis admodum depressis; Hic enim singulari præditus est proprietate Aerem contaminandi, idq̄; ratione ἀσπυγιστικῶς montium, cum hoc modo Aer à ventis, radiisq̄; Solaribus optimè purgari, perflari ac ventilari nequeat.* 2. *Contenta Terre sunt vel Mineralia venenata, vel Sepulchra, Cloaca, Fimus, Sordes, Hiatus, Fovea,*

Specus



*Specus subterranei, Scrobes Charonea, aliag, ejusmodi Me-  
pbitim spirantia. Ex his enim balitus seu vapores, peculiari  
conditione maligni erumpentes, nullo negotio Aeris sub-  
stantiam pervertere, eiq, venenatam qualitatem; unde po-  
ste à pestiferi excitantur morbi, imprimere possunt. Sic in  
agro Neapolitano temporibus Arnoldi Villanovani, ut ipse  
refert lib: 4. cap: 30. mons disruptus fuit, ferax Serpen-  
tum & plenus monstrorum; unde balitus tam pestifer ex-  
balavit, qui incolas illius loci catervatim enecavit. Eodem  
modo Pestes sæpè gravissimas à virosis exhalationibus per  
ingentem terra motum ac quassationem ab imis ejus recessi-  
bus egressis, & in aerem quasi eructatis, progenitas fuisse  
pleni sunt Historicorum libri. Cujus quidem rei evidens  
ratio à Philosophis traditur, quod Spiritus, qui perpetua  
terrarum nocte torpescit, à utiusq, situ pestilens includi-  
tur, per terra motum emissus, purum hunc Aerem polluit  
& corrumpit, latè vitium suum spargens, & cum natura-  
liter vincuntur meliora à pejoribus, hic Spiritus, vel aer,  
quem singulis momentis trahimus & haurimus, ille subter-  
raneo balitu pestilente corruptus & infectus, hanc contra-  
bit noxam.*

**Ab Aqua quomodò egredi possunt  
putrida visio, Aërem corrup-  
tentia?**

*Si nimirum illa ingentem putredinem ac corruptio-  
nem induit, unde ejus natura planè pervertitur ac destru-  
itur. Undè Avenzoar lib: 3. Theisir cap: 2. docet, Epide-  
miam, que fit ex putredine & corruptione Aquæ, omnibus  
aliis Epidemiis pejorem existere.*

Aqua quo  
modo cor-  
rumpatur

Quotupliciter autem illa corrumpitur?

*Tripliciter*: 1. Propter deficientem ejus motum  
*seu jugem quietem*. Hinc Ovidius:

Et vitium capiunt, si moveantur Aquæ.

2. Propter plantas quasdam graveolentes, *vel variorum animalium cadavera in illam coniecta*, unde August. *lib: 3. de civit: Dei cap: 3.* Orosius *lib: 5. cap: 8.* Sabellicus *lib 9. Ennead: 5.* Livius *lib: 9.* Eutropius & alii adnotarunt, aliquando ingentem Locustarum multitudinem in Africa, violento ventorum turbine in mare fuisse dejectam, quibus postea mortuis, & ad littora propulsis & putrefactis, tantam quoq; subsequutam fuisse aquarum putrefactionem, ut brevi universus Aer infectus fuerit, qui tantam Pestem induxit, ut in solo Masinisse regno 800000. in maritimis verò oris 200000: & Utica juicorum militum 20000. perierint.

3. Propter Pisces in eâ mortuos. Hinc Geörg: Fabricii: in suis Chron: refert, Anno 999. tam intensib: fuisse æstum, omnia flumina exsiccantem, adeò ut ex aquarum defectu, ingens piscium numerus emortuus fuerit, quorum putredine ac factore infectus Aer ingentem importavit Pestilentiam.

Quâ ratione mixta corpora corrumpere

possunt Aerem?

Corpora hæc vel sunt imperfectè mixta, ut Pluvia continua, Nebula fœtida ac crassa, Venti Austrini, Chasmata, aliq; ejusmodi Phænomena aerem alterantia, de quibus paulò ante dictum: vel perfectè mixta, ut sunt variorum animalium, tam aquatilium, quam volatilium ac terrestrium cadavera, inhumata supra terram vel in aquis relictæ, inq;

tabunt

tabum diffiuentia; Itemq; & hominum, ut in ingentibus  
preliis accidisse, multoties compertum fuit, tunc enim ex  
neglectâ sepulturâ ejusmodi cadaverum, ob putridos & vi-  
rosos vapores ab illis emanantes, & per Aera quâquaversum  
sparsos ac diffusos, facillimè tum febres pestilentes, tum alii  
contagiosi morbi, si tales *λοιμῶδες* & *πυρρῶδες* homines hauri-  
unt, suboriri ac generari possunt; quemadmodum accidisse  
legimus Anno 1527. in occupatione urbis Romæ à Casarea-  
nis factâ, in quâ occisis ad 12000 ob putrescentia postea sub  
dico cadavera trimestri spatio, ultra 100000. hominum Peste  
extincta memorantur.

## II. Externa causa Pestis, CONTAGIUM.

Potestnè etiam Contagium propagare Pestem?

**M**aximè. Videmus enim atq; Experimentiâ docemur;  
pestes illas, in nostris hisce oris seu regionibus gras-  
santes, majorem partem, non tam ab Aere corrupto,  
& venenatis inquinamentis obfesso, provenire, quàm per  
solum ferè Contagium, aliunde importatum, propagari,  
in q; plures disseminari.

At quomodo Contagium hanc Luem produciit?

Per contactum corporum, si vè id fiat mediatè, si vè im-  
mediatè. Non tamen solus contactus, quatenus talis ad  
hanc rem sufficit, sed insuper quoq; requiritur, ut, quæ se  
mutuò contingunt, utraq; in eodem communicent morbo.  
Pestis namq; si in alium debet propagari per Contactû, seu  
corporalem seu virtualem, necesse omninò est, ut is, qui alteri  
illam communicare vult, prius ipse sit infectus, & in semi-  
naria Pestilentis mali in se recondita habeat, quæ postea vel  
insensibiliter per spiracula cutis egressa, vel sensibiliter per  
oris aut narium balicû vel ex sufflacione emissa, contactu suo

2. Exter-  
na causa  
Pestis.  
CONTA-  
GIUM

vicinum corpus praesertim ad id dispositum, eodem pestifero veneno contaminare possunt.

Qualitas nē vel substantia rei contagiosa  
alteri communicatur?

Quamquam plerumq; ex rebus contagiosis, ipsa tabifica qualitas, non nisi in substantia alicujus tenuiori portione exhalet & dimanet: Attamen non semper, nec in omnibus necesse est, ut quò penetret contagio qualitatis, eò quoq; perveniat substantia vel pars substantia contagiosi corporis; quin potius fieri potest, ut re contagiosa sublata aut prorsus abolita, nihilominus qualitas, quae in aliud corpus jam migravit, diu perduret ac diffundat se ultra latissime, quemadmodum extincto in fornace igni, caliditas nihilominus in ipsa fornace & Hypocausti aere diu permanens homines quamplurimos ingredienti excalescere; Et putidarum etiam rerum factor, ipsis licet jam pridem expurgatis, diu tamen in aere harere, & molestus esse potest.

Ob quam causam non omnes, cum lue pestifera infectis conversantes, simili quoq;  
Contagio inficiuntur?

Ad actionem alicujus rei producendam, non tantum sufficit sola fortitudo agentis, sed insuper quoq; requiritur certa ac peculiaris dispositio patientis. Si igitur corpus alterius, minus ad contagium ejusmodi suscipiendum sit dispositum, infectionem nullam patietur, idq; vel ob peculiare robur caloris nativi, ac temperamenti bonitatem; vel ob carentiam excrementitiarum superfluitatum, alias fomitibus in-

tis in-

*tis instar seminarium Pestiferum facile promptèq; concipientium; vel ob præsumpta certa Antistoda, Veneno huic peculiariter obfistentia; vel deniq; ob denegatam moram Pestiferi inquinamenti in corpore.*

**Queuntne etiam corpora inanima  
recipere in se  $\pi\eta\epsilon\mu\alpha$  Contagii  
Pestilentis?**

*Corpora inanima sunt duplicia. Alia mollia, rara, laxa, porosa, levia, ut vestes, pelles, culcitra, pallia, linteamina, panni, lana, gossipium &c. quæ omnium maximè idonea sunt, seminaria pestifera in se non solum recipiendi, sed & longissimo tempore, eadem servandi ac retinendi, quemadmodum in confirmationem hujus rei innumera adduci possent hic Exempla si opus esset. Alia verò dura, densa ac solida, ut Lapides, Metalla, Mineralia, Gemma &c. quæ minus apta habentur, ad ejusmodi tabificorum viaquatæ vel receptionem vel conservationem. Quod confirmat Mercurialis lib: 1. de Peste cap: 12. dicens: Neq; Ferrum, neq; Marmor; neq; ullum ex Metallis, potest esse fomes, tum propter densitatem, tum propter frigiditatem, & qui recusant monetæ tractare, certè simplices admodum mihi videntur &c.*

**Monetæ ergo vel Nummis nullumne potest inharere Contagium?**

*Quatenus nummi vel monetæ, illis proprie & per se ullum potest inharere contagium, propter earum soliditatem ac duritiem; Sed per accidens tamen fieri interdum,*

*Monetæ  
num Contagium  
quoq; in-  
hæreat.*

potest. ut fœda quedam σπέερα, seu inquinamenta venenata, illarum superficiebus, ob pinguis viscidæq; alicujus materia, alteriusvè sorditici ac impuritatiss adbasum, adglutinentur, quarum ratione postea contagionem inferre alteriq; communicare queunt. Id quod monuit quoq; Iohan: Saracenus in tract: de Peste, dum inquit; Et si nummi, aliæq; metallica Contagium non suscipiant, tamen si fortè a lue pestil: inquinato, dum sudore diffluit, bumentvè manus, contrectentur, suspecta sunt, cum sint ex eorum genere, quæ ex madore rubiginem contrahere possunt, & præsertim si immunda & sordida sint, facilius iis adhaerescere aliquid potest.

Quamdiu  
Contagi-  
um con-  
servari  
queat in  
fomite.

### Quam diu Contagium in fomite conservari potest?

Distinguendum inter Fomitem perflatum & non perflatum. Fomes à ventis, aut aliâ quâpiam Arte optime perflatus, pestilentem Vaporem, quem in se recepit, diu servare nequit, sed necesse est, ut is continuâ ac diligenti illi agitatione sensim imminuat, dissipetur, tandemq; prorsus deleatur. Econtrâ Fomes ille, levem tantum vel nullam prorsus perflationem aut agitationem passus, vaporem tertium ac perniciosum, ut potè lentoris ac visciditatis cujusdam participem, diutissimè, & per plures sæpè annos retinere, potis est. Cujus rei memorabile adfert Exemplum Trincavella, lib: 3. Consil: 17. de chordis seu funibus quibusdam, Justinopoli, tempore grassantis Pestilentis, ad demittenda in fœtorum cadavera in serobes subterraneas, & vespillonibus adhibitis, & cessante Contagio post capsulas, quædam projectis, ibiq; relictis ac neglectis habitis

Hofsc

Hofce funes cum post 20. demum annos, servus quidam, protraxisset iterum atq; ventilasset, tantam (scribit) ibi exortam fuisse Pestem, qua 100000. hominum in Libitinam miserit.

Potestne Contagium Pestilens aliquandiu in corpore humano latitare, priusquam in actum erumpat?

Pestilens Venenum, licet sit summa activitatis, & in oppugnando strenuissime calore nativo, miras obtineat vires absurdi tamen nihil habet dicere, illud nonnumquam aliquandiu, priusquam lesionem sensibilem inducat, in corpore quietum delitescere posse, idq; more aliorum quorundam venenorum. Rabiosi enim canis venenum, per 3. 5. 7. vel 9. annos, ut videre est apud Amatum Lusitan: Cent: 7. in schol: ad curat: 41. Palmarium in lib: de morb: contag: Alb: Magnum lib: 7. Hist: animal: c: 2. Imò interdum per duodeviginti, ut adnotavit Guainerius in Tract: de Venen: & quod fidem ferè superat, etiam per 40. annos, ut tradit Alpharabius, in corpore humano latitare potest, antequam vim suam exserat. Sic Venenatus ac malignus humor, ex quo Cancer generatur, sæpè longo tempore, sine singulari aliqua noxa quietus latet, antequam Cancer per septica vel corrosiva medicamenta adhibita exasperetur vel ulceretur. Cur ergo idem de Pestis Veneno quoq; non adfirmandum?

Estne vel à cadaveribus Peste exstinctorum, an verò à viventium infectorum corporibus, plus contagii metuendum?

An diu  
Contagi-  
um latere  
possit, pri-  
usquam  
in actum  
prorump-  
pat.

*A posterioribus major impendet metus Contagii, tum ab continuam halitus venenati per os ac nares expirationem, quâ facile Aerem vicinum contaminant, & eos, quos vicinos vel adstantes habent, ejusdem seminarii pestiferi, quo ipsi tacti sunt, participes faciunt: tum quoq; ob citiorem malefica materia, in vaporem subtiliss: resoluta, per cutis meatus, ut potè ob febrilem calorem magis patulos & apertos, egressum, ejusdemq; ad proxima corpora translationem. Peste verò extinctorum cadavera, cum omni tam inspiratione quam expiratione careant, prateraq; Cutis pori, ob jam extinctum calorem nativum in illis admodum angusti, adstricti seu contracti sint, & tandem Veneni intus latitantis actio corpida plane evaserit; idcirco minus periculi ab illis hinc formidandum.*

*An Chartæ seu litteræ Contagium recipere possint*

Chartæ vel litteræ ex locis infectis adlatae, possuntne Contagionem aliquam pestilentem recipere?

*Charta sicca, tenuis ac levigata, vel per aquam glutinosam tracta, inq; loco sicco adservata: quemadmodum & littera sicca Cæli constitutione ex Pestiferis locis adlata, nec madore aliquo imbuta, aut spurcitie adfecta, pestiferam qualitatem non facile suscipere, aut susceptam diu retinere possunt, idq; tum propter earum substantiam admodum siccam, tum ob levorem exquisitum, ob quem difficilior fit Contagii adhesus.*

Cur autem nonnumquam aliqui à talium litterarum acceptione vel lectione, contagio hoc infecti sunt?

*Id non*



*Id non tam ipsi Charta vel litteris, quam 1. vel filis, ligamentis ac involucris, quibus littera circumdata fuerunt, utpote facillimè putredini subjectis. 2. vel forti alicui imaginationi. 3. aut timori ac terrori legentis, ex nuntio parùm lato, repente orto. 4. vel deniq; γεγραμμενοφῶρα ipsi, νοστεράς ἐκκρίσεις, vestibus suis ex locis infectis secum adferenti, easq; in traditione litterarum, alteri communicanti, adscribendum.*

Fui tñè ullum aliquod tempus aut seculum,  
quo mundus omni-planè Pestiferà  
infectione caruit?

*Equidem non puto. Sed quemadmodum cetera Venena omnia, in corporibus certis, ab initio mundi innata inhaerent, ita verisimile, & Pestis venenum non tantum hominum quibusdam, qui jam Peste agròtant, sed & aliorum nondum febricitantium corporibus & vestibus, aliisq; quibuscumq; clandestinis inesse, & illic subsistere posse, & postea de corpore in corpus tam mutuo contactu, quam in termedio Aeris, transferri. Et proin credendum, Pestis seminaria, in aliquà mundi plagà semper certis corporibus inhaerere, & sic per contagionem, Aere licet puriss: existente, paulatim de unà regione, provincià vel urbe, in aliam, & ab hac ad illam, ab illà rursus ad aliam transferri ac propagari, ita ut Pestis penitus extincta, aut è mundo sublata, quamvis interdum nihil de eà audimus: verè dici nequeat, sed semper sub aliquo certo mundi climate viget ac consistit ejus seminarium, quod quidem quotannis si non Europais, tamen vel Asiaticis aut Africanis, nec si bis cè po-*

*in Munde  
lus un-  
quam Pe-  
te caruit.*

*pulis tamen certè Americanis, vel novi orbis incolis, bellum indicit, eosq; vexat & afflictat, donec tandem Contagii quãdam disseminatione, ad nostras quoq; regiones perveniat.*

3. Extern.  
Pestis  
Causa PE-  
NEFICI-  
UM

### III. Externa causa Pestis, VENEVICIUM

Cur Veneficium quoq; inter causas Pestis recenset?

**Q**uia *Experientia docuit ac palàm fecit, nonnumquã absentibus aliis causis, mediante solo Veneficio homines nefarios ac maleficos, Pestilens contagium procurasse, & per plures istud disseminasse.*

Quibus mediis verò id perègerunt?

*Inventi sunt nonnulli, qui vel lucri aut pecunia turpi aucupio excecati, vel odio plus quàm Vatimiano erga alios instigati, aut vindictæ acri cupiditate inflammati, pravo ac perverso ingenio, arteq; plus quàm Diabolicâ, quãdam peculiaria Venena ita concinnavère, miscuère ac preparavère, ut illa vel intrò, in pulveris, vel potiuncula alicujus formâ exhibitâ, vel à foris, unguentorum, aut linimentorum modo illita vel admotâ, contactu suo post maduram Pestiferam infectionem invexerint.*

Potestnè ejusmodi Unguentis reverâ talis inesse vis atq; efficacia ad hunc-  
cè effectum producendum?

*Quod evidenti sensuum judicio constat, de eo haut fas est ambigere. Nunc autem ipse Sensus claram fidem facit, ad ejusmodi unguentorum venenatorum illitum, à maleficio factum,*

*Pestem.*

*Pestem interdum excitatam fuisse. Ergo de eorum vi atq; efficaciam neutiquam dubitandum, presertim si componantur ex Venenis subtilissimis, penetrantiss: ac spiritali qualitate praditis. Hec enim per poros seu meatus cutis, presertim natura nimis patulos, vel motu corporis intensiori, dilatatos, intrò subeuntia, & Spiritibus Vitalibus, utpotè quorum insignis semper copia nullibi non preesto est, permixta, facile Cor malignè ac pestiferè inficere possunt, id quod confirmat H. Augenius, cap: 13. lib: de peste sic scribens: Non desunt, qui existimant fieri non posse, ut tales compositiones Unguentorum Pestiferorum effectum tanti stuporis producant, quibus tamen fides hanc in re non danda, cum mihi persuadeam, fieri omninò posse, ut unguenta hac tanta malignitatis sint, ut qualitate pestilenti inficere possint, non solùm unam provinciam, sed etiam, nisi remedium adferatur, totum mundum.*

Adfer quæso hujus rei Exempla aliquot?

- Dion Nicæus, & Xiphilinus in vitâ Commodi Imp: prodidèrè, tempore hujus Imp: Pestem Romæ grassatam, unâ die 2000. hominum interfecisse, quæ inde nata fuit, quod malefici quidam homines, mercede pellecti, acus, certis quibusdam venenis oblitæ, in alios conjecerint. Ita Hercules Saxonia in lib: de Plica cap: 22. & Fallopius, lib: de Buboone Pestific: cap: 13. tradunt, Pestem illam, quæ Anno Christi 15. 5. viguit, non aliundè ortam fuisse, quàm ex fomite quodam contagioso ac pestifero, quem malefici homines ex cadaveribus Peste extinctis atq; elixatis concinnarunt. eumq; Unguenti formâ, ostiorum pessulis, repagulis, manubris, postibus ac liminibus illiderunt, quorum contactu postea alii sano corpore infecti ac venenati fuèrè.

Et Michael Saxo in adpend: suæ Chron: recenset, Anno Christi 1600. Turini de aliquot veneficis, qui inunctione linimentorum venenatorum, multas ades Peste infecerant, extremum sumptum fuisse supplicium, inter quos & barbitensor quidam fuit, qui falsus est, se plus quam 100. hominibus, ejusmodi veneficio mortem attulisse. Sic Bodinus lib: 4. Damon: cap: 4. refert. Geneva Anno 1568. per septennium, Pestilentiam sevisse, quæ excitata fuit ab inunctione Coronidis januarum, à mulieribus veneficis factâ. Vide & Exempla aliquot apud Wierum lib: 2. de prestig: Damon cap. 50.

II. Causa  
Interna  
Pestis

## II. Causa Pestis, INTERNA.

Quæ est Causa Interna Pestis?

**C**AUSA interna, à qua Pestis proficiscitur, nulla alia est, quam insignis quadam, peculiariq; conditione maligna, tum Sanguinis; tum aliorum humorum in corpore humano corruptio ac putrefactio, à quâ tetri ac virulenti Vapores per Arterias ad Cor delati, Spiritibusq; vitalibus permixti, Febres postmodum accenduntur malignæ ac Pestilenciales.

An humores corporis, Venenati fieri possint,

Possuntne Humores corporis nostri a deo corrumpi, ut venenatam qualitatem induant?

Hoc non infrequenter fieri, satis superq; testantur nonnulli morbi & adfectus, quorum Symptomata similissima sunt, & ad amissim respondent, aliorum venenorum externorum accidentibus seu effectibus, ut sunt, Suffocatio-

nes Hy-

nes Hysterica, insultus Epileptici, adfectus Gangranosi & alii similes, qui plerumq; comites habent, Syncopas gravissimas, Cordis tremores periculosos, difficultatem anhelitus maximam, Sudores frigidos, precordiorum angustiam insignem, convulsiones horrendas, extremorum frigiditatem &c. ad qua saepe numero, vix unius aut alterius horule interjecto spatio, repentina subsequitur mors. Et in ipso quidem humano corpore per cereum quemdam putredinis vel alterius corruptionis modum seu gradum fieri posse, ut ejusmodi venenatam, naturaeq; nostrae infestam qualitatem, acquirant humores, nemo facile negatum ibit, qui considerat ac intelligit; quam malignam qualitatem interdum concipiunt Semen & Sanguis menstruus, nec non qualibet pars corporis putrescens, quae etsi non eadem penitus, habet tamen absimilis sit ipsi Pestifera qualitati. Humores igitur cum multifariam saepe alterentur corrumpanturq;, varias etiam ac multiplices acquirunt qualitates, & interdum quidem eodem malignitatis deveniunt, ut tabificam qualitatem ejusmodi contrahant, quae Cordi, virulentis suis vaporibus vim inferant summam istam ac Pestilentem,

Unde autem fit & accidit ejusmodi  
humorum corruptio?

*A prava victus ratione.* Quando nimirum homines, vel extrema fame victi, vel alia summa necessitate impulsii, coguntur vesci cibis, natura nostrae minime familiaribus, sed vel carnibus putridis, faetidus ac in tabum diffluentibus; vel piscibus emortuis; ac putrilaginem olentibus; aut legumibus semiputridis, mucidis, & à vernibus cor-

rosis, vel aliis hujusmodi insolitis, absurdis, & constitutioni corporis nostri summe contrariis esculentis; Item pro Potu uti Cerevisis vel Aquis turbidis, fœculentis corruptis, putridis, aut aliis peregrinâ qualitate adfectis. Ex horum igitur similiumq; esculentorum potententorumq; usurpatione, quid aliud quàm insignis humorum corruptio in corpore humano expectanda?

Possuntne dari hujus rei Exempla aliquot?

Imò possunt, & quidem plura, si opus esset; sufficiant tamen nunc ista. Julius Obsequens scriptum reliquit, ad insulam Liparas, mare fervescens plurimos pisces neci disse, quibus ad litus ejectis, cum incole avidius vescerentur, ex internâ corruptione, Pestem exortam, quæ plurimos abstulerit. Ita Julius Cæsar lib: 2. refert de Massiliensibus, qui obsidione cincti, & summâ annonæ penuriâ pressi, cum Panico vetere & Hordeo corrupto alerentur, aliâq; insuetâ comederent, omnes in graviss. incidisse Pestem. Et ex neotericis Metteranus lib: 7. Histor: Belg: meminit Pestis cujusdam Hollandicæ Anno 1578. non aliundè quàm ex variorum insuetorum ciborum comestione, ob aliorum vitualium penuriam apud Leydenses, tunc arctâ obsidione diu pressos, exortæ, quæ intra semestre spatium ad 6000. hominum abripuerit.

Potestne etiam Pestis ab Imaginatione causari?

Simpliciter & per se non potest. Nam si Imaginatio valeret producere in homine Pestem, quidni eadem & alios morbos, quoscumq; modò vellet, in illo excitaret, quod ta-

*men numquam accidit, quia, qui imaginatur sibi Febrim, non ob id protinus re ipsa eum febrim corripit videmus, nec qui Ictericum aut Podagram menti sua fortiter imprimit, is statim iisdem adfectibus laborat quoque. Ad hac, si in perfecta Paralyti, Imaginatio tantum prestare nequeat, ut membrum resolutum jactet, moveat, vel sensum ei largiatur: Nec in Gangranâ, extincto vel intercepto calore nativo in Venas & Arterias, Vitales & Naturales Spiritus potis sit diffundere: multo minus existimandum, ipsam, tam longè seivum ac perniciosum morbum, qualis est Pestis, inducere aut efficere posse. Non tamen negandum, per accidens, Phasiam aliquid conferre ad pestiferum morbum procreandum, quatenus scilicet illa movet alias animæ potentias, habentes vim corpus movendi & alterandi, seu quatenus magnum infert timorem, qui timor movet malignos homines in corpore latitantes, hi moti Pestem postea faciunt. Comprobat hoc Thomas Fienus in lib: de vir: imag: in hac verba scribens: Ego dico, imaginationem Pestem non facere, nisi in corporibus ad eam dispositis, ut ex eo patet, quod tempore Pestis grassantis, multi sæpe intensissimè, & cum subsequente maximo timore de eâ cogitantes, non propterea tamen eâ corripiantur, tempore verò non grassantis, multo minus, cujus ratio est, quod in neutris dispositio ad Pestem adsit.*

Potestnè Metus seu Timor inferre  
 Pestem?

*Timor per se solus hoc facere nequit, Alioquin ad nullum non timorem seu formidinem, præsertim magnam,*

*& ex*

Et ex improvise incussam, hominem contagio Pestifera infici necesse esset. Quod autem pavidum ac meticulosum tempore hujus Luis grassantis citius aliis tam calamitoso malo exponantur, eiq; obnoxii fiant, id accidit propter preconceptum jam antea fomitem, intus in corpore quietè latitantem, hic enim per metum agitat, Et quasi in actum traductus, propulsà ejus malignitate versus Cor, Pestiferum adfectum infert.

## DISTINCTIO VII.

## SIGNA Futuram Pestem denunciantia

Signa pestis quotnam sunt?

SIGNA  
Pestem  
futuram  
denunci-  
antia

**D**uplicia. Alia futuram denunciant Pestem: Alia presentem indicant.

Quæ signa demonstrant futuram Pestem?

Ea sunt in quadruplici differentia, nimirum, 1. Cœlestia  
2. Aerea. 3. Aquea. 4. Terræa.

Cœlestia  
Signa

Cœlestia quænam sunt?

1. Maligna Syderum conjunctiones, eorumdemq; aspectus infelices, imprimis verò Saturni Et Martis. 2. Cometarum adparitiones. 3. Eccipses varie. 4. Ueberior Chasmatum proventus. 5. Frequentes Stellarum cadentium ut Et Pareliorum Et Halonum aspectus. 6. Stellarum ardentium in cælo oberrantium concursus, nannumquàm eliso, Et in terram prolapsio. 7. Trajectionum inusitatarum, Trabium ignitarum, aliorumq; vtriusque generaciones



tiones. Quæ omnia cum Aerem sæpè variis <sup>voce gōis</sup> mic-  
tan implent, idcirco non immeritò mortalibus metum  
Pestis injiciunt.

Aerea Signa quæ dicis?

Aerea Si-  
gna.

1. Tempora anni, naturalem suam Crasin non servantia, sed ab eâ sæpè exorbitantia, ut cum Autumnus non in Hyemem, sed Ver abire videtur, maximè verò cum Aer toto fere anno humet à nebulis aut pluviis, sig, tunc Hyeme suam algiosam vim non exerueris, & si Ver frigeat, aestasq; humida ac tepida sit, nam talis mador in humorum proventum luxuriat, & calor ad putredinis promotionem facit.
2. Pluvias prodigiosarum ac insolentium rerum, ut ranarum, murium, sanguinis, carnis, lactis, lumbricorum, & similium.
3. Nebularum crassarum ac foetidarum copiosorem proventum ac generationem.

Aquea qualia sunt?

Aquea S-  
gna.

1. Aquarum seu Fluminum graveolentia seu fætor ingens.
2. Fontium ex puritate ac limpiditate nativâ in fæculentam ac turbidam substantiam commutatio.
3. Piscium fluminibus innatantium seu piscinis altorum, repentinus magnusq; interitus.
4. Rubetarum & Ranarum multiplicatio.
5. Cancrorum, Aviumq; aquatilium, desertis propriis latebris in fluminum oras seu margines egressio, vel in continentem proreptio.
6. Insolentes Aquarum excursus seu eluviones, multas sordes secum debehentes.

Terrea tandem quæ sunt?

Terrea Si-  
gna.

1. Insolita terrarum sterilitas.
2. Satorum, Germi-

G

num,

num, Vitium & Arborū marcor & Syderatio. 3. Boletorum, Fungorum, aliarumq; rerum gradcolentium insolens proventus ac copia. 4. Terra motus seu concussio ingens. 5. Rosarum, Violarum, aliorumq; Florum sub Autumni tempus nova progerminatio. 6. Bubonum ditorum & feralium nocturni clamores seu ululatus.

Ex his commemoratis Signis praegressis, non indubie futuram Pestem quis predicere potest.

Suntne praeter haec, etiam quaedam Specialiora Signa, futuram Pestem denunciantia?

Signa specialiora  
atura  
Pestis,

Imò sunt, & quidem Varia ac multiplicia, qua ordine nunc recensebo. 1. Est Contagium in vicinis locis serpens. 2. Variolarum & Morbillorum promiscue cum pueros cum adultos infestantium crebrior exortus seu adparitio. 3. Fames, seu alimentorum idoneorum ingens penuria. 4. Strages ingens vel hominum occisorum in praelio, sepulturae carentium, vel animalium, ob corrupti pabuli devorationem cateruatim mortuorum. 5. Numerosior Ranarum, Buffonum, Muscarum, Papilionum, Erucarum, Scarabaeorum, aliorumq; Insectorum progeneratio. 6. Mascularum variarum, praesertim nigrarum in linguis ranarum adparitio, harumq; mutua inter se consensio. 7. Avium ex propriis nidis discessio, & in salubriora loca transmigrationis. 8. Murium, Serpentum, Talparum & c. ex latebris suis repentina fuga. 9. Carnium Fructuumq; aeri non diu expositorum cita corruptio vel verminatio. 10. Omnium obsoniorum generum in patentibus conlacubus repositorum situs & mucoris inductio. 11. Panis recens e furno ex-

tracti

tracti, calideq; lancea impositi, manè contracta muciditas  
& corruptio. 12. Ovorum mollium ac recentium, subita  
nea à nocturno aere facta putredo ac corruptio.

Hæc Signa prægressa non, obscure Pestem instantem  
præsagiunt.

Quæ verò Signa Pestem præsentem  
indicant?

Pestis cum magnam multiplicemq; horrendorum  
Symptomatum turbam secum trahat, idcirco Signa indi-  
cantia, aliquem verè Pestifero veneno infectum esse, non  
semper sunt eadem, sed cum primum hominem invadit hoc  
cè malum, inconstantes admodum notas habet: nam quibus-  
dam cum horrore ac frigore accedit, aliis cum calore. Ut  
plurimum tamen sequentia Signa, seu Pathognomonia,  
Pestiferam Læm prodere ac detegere solent, idq; tantò ma-  
gis, si constet, plures in vicinia hoc morbo laborare & adfici.

1. Est spontanea lætudo totius corporis, citra omnem  
causam manifestam & repentina Virium omnium prostra-  
tio. 2. Febris putrida, Cujus calor sæpè intus & extra  
se se prodit, interdum verò intus solum magnus est, extra  
verò mitis; nonnumquam nec intus nec extra magnus ad-  
modum percipitur. 3. Insignis dolor Capitis, adeo adsti-  
gens, ut præ ejus sævitiâ agrotantes vix reliquorum Sym-  
ptomatum passionem sentiant. 4. Vigilia nimis atque  
intense, adeo ut omnem ad somnum agroti propensionem  
eripiant, unâ cum inquietudine & anxietate maximâ to-  
tius corporis.

Signa Pe-  
stem præ-  
sentem in-  
dicantia.

5. Interdum tamen loco Vigilium quidam Letargo corripuntur, seu in profundum somnum precipitantur, à quo vix excitari queunt. 6. Delirium ingens, unde multa absorta ac ridicula loquuntur, nec adstantes aut familiares agnoscunt. 7. Cordis palpitatio & Syncope, ob quam sæpe frigidos sudores emittunt, & jam jam se animam quasi efflare velle videntur. 8. Pulsus Arteriarum, imprimis carpi, obscurus, languidus, parvus, tremulus ac intercidens. 9. Cardialgia, seu compressio ingens circa præcordia, unde se Corde dolere dicunt. 10. Vomitus crebri, unde tum alimenta, tum medicamenta ingesta rejiciunt, nec continere possunt. 11. Summa adpetitus prostratio, ob quam aversantur maximè omnes cibos, nec eorum odorem ferunt. 12. Sitis ingens, unde propter perurentem internum æstum, potum subinde flagitant, nec eo satiari possunt. 13. Lingue scabrities & exustio, fauciumq; ariditas maxima, ob quam difficilior fit deglutitio. 14. Alvi fluxus immoderatus, quo putrida & fœtidissima quæq; excernuntur. Alii contra eam adstricta valdè habent. 15. Macula seu Petechie varicolores per corporis superficiem hinc inde dispersa, quæ tamen non omnibus superveniunt. 16. Bubonum seu Carbunculorum vel juxta Aures, vel axillas, vel inguina, aut alius in locis eruptio, quæ interdum fit primo morbi initio, interdum verò post aliquot dies, suntq; pauci qui ejusmodi Tumoribus non insigniuntur.

Hæc sunt præcipua Signa, quibus an aliquis Pestilenti contagio tactus sit nec ne dignoscere licet, quæ tamen, ut modo dictum, non junctim omnia, neq; eadem omnibus semper accidunt, sed alia aliis, & nunc plura, nunc pauciora sese

osten

ostendunt, prout fert peculiaris cujusq; natura, & veneni populariter saviensis adfectio, nec non humorum in corporibus aliis, alia dispositio, harumq; vel illarum partium majus robur vel debilitas, tandemq; prout materia morbifica ad hanc vel illam partem ruit, impetumq; facit.

## DISTINCTIO IIX.

PROGNOSTICA Signa

Prognostica Signa Pestis quotu-  
plicia sunt?

Prognostica Signa Pestis

**D**uplicia. 1. Quaedam enim respiciunt ipsum hominem, quatenus nimirum hic vel ille Pesti suscipienda magis minusve obnoxius est. 2. Quaedam vero concernunt Salutis vel Mortis presagium in illis, quos infecit sava haec Lues.

Quæ igitur Corpora citius vel tardius  
aliis, Peste corripuntur?

1. Corpora Sanguineo temperamento prædita, citius recipiunt Pestem, quam quæ pblegmaticam ac melancholicam obtinent constitutionem.
2. Naturâ Biliofi, maximè quoq; habiles idoneiq; habentur ad ejusmodi contagiosam infectionem.
3. Melancholici, quamvis omninò sibi à Pestilenti contagio immunitatem spondere nequeant, eos tamen non ita celeriter ac reliquos, aura Pestifera invadit ac prosternit.
4. Senum corpora non ita prompta sunt ad labem hanc suscipiendam, atq; Juvenes.

Qui citius  
vel tardius  
aliis  
Peste cor-  
ripantur

5. Pueri & adolescentes, magis ceteris aetatibus, fomitem Veneni Pestiferi excipiunt.
6. Facile sudantes, auram venenatam facilius attrahunt aliis, qui non ita citò in sudorem solvuntur.
7. Otio torpescentes, nec sese exercentes, huic bac maligna citius palliuntur ceteris, moderata exercitia subeuntibus.
8. Carnibus aliisque cibis ~~modis~~ sese nimium infarcientes, ac in immunditie degentes, magis redduntur Pestili obnoxii, quam alii homines.
9. Arthritici seu Podagrici, modò in victu non delinquant, minus aliis Peste infestantur.
10. Pauperes, victu pravo utentes, magis sunt expositi huic Lue, ditioribus.
11. Gravidas mulieres, citius hoc Contagium invadit, quam utero non gerentes.
12. Pavidis & ultra modum tristibus ac meticulosis, majus à Venenata ista Lue impendet periculum, atque aliis qui animo sunt erecto, atque hilari.
13. Virgines & mulieres citius malo Pestifero tanguntur, quam viri.
14. Fonticulos gestantibus, seu ulcera in externis partibus habentibus, minus periculi à Pestilitate expectandum aliis, qui illis carent.
15. Cacoehymia obsessis magis insidiatur Labes bac pernitiosa, quam aliis, quibus nulla talis est impuritas corporis.
16. Luxuriosè ac intemperanter viventes magis sunt oportuni Pestiferæ infectioni, quam alii, qui Continentia seu Temperantia student.

17. Peste semel tentati, secundâ vice vix eodem tempore in eandem relabuntur.

NB. Cum harum Adsertionum seu Aphorismorum rationes, qui vis intellegens, & vel leviter saltem in Physicis versatus, facili adsequatur, idcirco eas hinc adponere minime opera pretium judicavimus, ne studio prolixitatem adfectasse videremur.

Qualis Prognosticatio Salutis vel Mortis,  
in Peste correptis instituenda?

Prognosticon Salutis ac Mortis quale instituentum in Peste.

Nulla certa, firma ac constans Prognosticatio hic potest institui; siquidem tam dubia & inconstans est hujus morbi conditio, ut sepe agri, cum sibi Salutem spondent, & se jam quasi convaluisse putent, tacite interim, & ex improviso jugulentur. Nihil itaq; certi de eventu contagiosiss: hujus Lvis Medicus potest predicere, sed judicium suum, tantisper sustinere debet aut suspendere, donec de peractâ Natura cum morbo pugna, prasagitionem stabilem apud agrum instituire queat.

Sed potestne aliqua saltem de futuro morbi eventu Conjectura capi?

Conjecturare quidem hic aliquid licet, certi autem nihil predicere licet. Saepè enim cum omnia rectè in hoc contagiosiss: morbo se habere videntur, Mors ex insperato occupat. Siquidem in facie Salutem, in tergo vero supinus gerere, isti Lvi perquam solenne est.

Quæ igitur sunt Conjecturæ periculi ac mortis impendentis in hoc Morbo?

Prognostica Mor-  
bis in Pe-  
ste.

1. Si Peste laborans, faciem ostendet Hippocraticam, nimirum, nares acutas, collapsa tempora, aures frigidas, oculos acutos, pallorem labiorum, cutis duritiem circa frontem, colorem faciei lividum, nigrum vel cadaverosum, unguis livescant, atq; membra externa frigore extenuata algeant, tunc praeforibus Victtricem mortem ad stare, intrepidè proauntandum.
2. Si pestiferè febricitans, oculos habeat rubros, nictabundos, vel caliginosos: seu prorsus non videat, audiat, aut perpetuis aurium tinnitibus vexetur, insuperq; sit valde inquietus, tunc spem in angusto positam esse proficendum.
3. Si labe Pestiferà pollutus, mentem semper habeat alienatam & turbidam cum quadam balbutie, vel omninò obliviosus evadat, ac continuò vigil persistat, aut e contra in Letbargum precipitetur, à quo vix excitari possit: vel si domesticos ac familiares suos non amplius agnoscat, nec dolorem ullum in aliqua parte corporis sentiat, tunc de ipsius Salute conclamatum, funestumq; morbi exitum praestolandum esse, audacter denunciandum.
4. Si Peste correptus, anbelosè admodum respiret, crebris animi deliquiis corripatur, vel vehementiss: Cordis tremore aut palpitatione infestetur: adhaec si pulsus admodum exilis, tardus, tremulus, ac formicans percipiatur, tunc egrotam à Fati lumine non procul abesse, predicendum.
5. Si febrì pestilenti contaminatus, Siti immensà premitur, adpetentiam extremè habeat dejectam ac prostratam, averseturq; omnia esculenta: insuperq; Vomitus adfiduis ac enormibus urgeatur, Ventriculusq; continuis singuli-

guli-



gultibus lancinetur, & oblata Antidota mox per os iterum rejiciat, tunc exiguam Salutis spem superesse, prognoscendum.

6. Si inquinamento pestifero adfectus, mox incunte morbo, ingenti exerceatur Hemorrhagiâ, vel à sumptione Alexiteriorum, sudoris difficultatem experiatur, vel Pectus faciesq; frigido sudore perfundantur cum animi deliquio: Itemq; ei diarrhœa seu fluxus colligativus alvi superveniat, tunc ad extremum ventum esse, morbumq; triumphum meditari, non indubie presagiendum.

7. Si malo pestifero tactus, linguam valdè exustam, nigricantem & aridam habeat, eiq; anhelitus foeteat, nec non maculae paucae, eaq; livide, plumbeae vel nigrae circa pectus tantum, vel in dorso occupent, insuperq; Bubones vel Anthraces prius prominentes, intra corpus subito recurrant, & ita ad Cor palindromen faciant, tunc ex his inditiis, agrote presens imminere vitæ exitium, non vanè augurandum.

8. Si Peste obsessus, Bubonibus vel Carbunculis insigniatur pluribus, itq; semper maneat duri, nec ullis remediis suppurari queant: Itemq; si ei Anthrax circa fauces vel pectus efflorescat; vel si ex Carbunculis apertis non erumpat Pus saniosum, sed veluti quadam spuma, tunc de calamitoso morbi exitu conjecturandum.

### Quæ sunt Prognostica Salutis in Peste?

1. Si ager per totum morbi decursum mente semper optimè constet, & vel omninò nullis vel levibus saltem deliriis ac vigiliis tentetur: insuperq; vigore omnium sensuum probe sit instructus, facileq; respiret, nec halitum graveo-

Prognostica Salutis in Peste.

1.

H

lentem

lentem emittat, nullisq; etiam animi deliquis aut ~~ad~~ <sup>ad</sup> ~~mu~~ <sup>mu</sup> prematur, Pulsusq; habeat fortem & aequalem, tunc sane Salutis spem non dubiam adfulgere, iudicandum.

2. Si patiens Antidotum potum non evomat, sed eum retineat, nullis insuper Vomitibus exagitetur, cibum potumq; oblatum non aversetur, nec fluxu colligativo alvi aut dysenterico fatigetur, tunc naturam, debellato morbo, victoriam reportaturam, presumendum.

3. Si infecto Tumores subito & confertim erumpant, & post eorum eruptionem Symptomata remittant, insuperq; illi mox ad suppurationem tendant: Si item per largum sudoris profluvium toto corpore factum, venenata qualitas expellatur, vel crocea urina fundatur, tunc agrum periculosissimum Vita naufragium, quod ei imminabat, evasurum, prænunciandum.

## PARS II.

Continens  $\pi\rho\phi\lambda\alpha\zeta\eta$  seu Præservationem Pestis.

### DISTINCTIO I.

Quotuplici modo Præservatio à Peste instituetur?

**T**riplici: nimirum Theologicè: Politicè & Physicè seu Medicè.

Que

## Quomodo Theologicè præservatur corpus à Peste?

*Theologica*  $\omega\theta\omicron\phi\upsilon\lambda\alpha\zeta\iota\varsigma$ , quæ omnium efficacissima atq;  
certissima in hiscè 3. potissimum consistit.

1. In devotâ & ardentè ad DEUM fusâ precatone.  
Hæc enim magis, quàm ullâ aliâ re, Numinis Divini maje-  
stas, delictorum atq; iniquitatum nostrarum tum multitu-  
dine, tum magnitudine & atrocitate irritata exasperataq;  
placari mitigariq;, ejusq; indignatio adversus nos concepta  
prorsus aversi ac reprimi potest. Quod intelligens olim  
inter Gentiles quoq; Avicenna Medicus Arabs, 1. Meta-  
physi: dicit; Iræ Dei sanctis ac devotis precibus solum re-  
conciliari. Est enim teste D. Bernhardo, pia & ex fide  
profecta oratio, salubre in omnibus adversis remedium,  
clavis & apertio Paradisi, scutum defensionis, in astu cala-  
mitatum refrigerium, in morbis pharmacum, gladius con-  
trâ Diabolum, & murus contrâ infortunium. Ad quas  
preces nos exhortatur quoq; Ecclesiasta cap: 28. v. 9. & Ja-  
cobus in Epist: cap: 5. v. 15. Indesinenter igitur ad Chri-  
stum clamemus:

*Ne nos Pestis edax consumat, Christe rogamus,*

*Arce tu Pestem, Pests & omne malum.*

*Verus Alexicacos, verè tu Christe vocaris*

*Extrâ te nobis omnia Pests erunt.*

*In te sed nobis sunt omnia plena Salutis,*

*Vita, Salus, Robur, te tribuente venit.*

2. In verâ scelerum ac peccatorum à nobis perpe-  
tratorum agnitione, confessioneq; eorumdemq; non

*Theologi-  
ca Præser-  
vatio à  
Peste.*

I.

2.

H 2

fuca-

fucata contritione, seriâq; ad Deum conversione. Ad hanc enim S. S. oracula passim nos exhortantur, ut Jerem: 3. Revertere Israel, & non faciam cadere iram meam in vos, quia sanctus ego sum, nec in perpetuum irascor, solum agnosce iniquitatem tuam &c. Et Joel: 2. Cap: Convertimini ad me toto corde vestro in jejunio & planctu, & scindite Corda, & non vestimenta vestra. It: Eisaïæ 43. Ego, ego deleo iniquitates tuas propter me, & non recordabor peccatorum tuorum. Revertere ad me, quia redemi te. Et cap: 55. Convertimini ad me & convertar ad vos, dicit Dominus exercituum. Dicas item cum D. BernharDO: O Domine perditè vixi, remitte mibi peccata mea, sufficit mibi ad omnem justitiam, te solum habere propitium, cui soli peccavi. Item cum Regio Prophetâ Davide Ps: 32. Delictum meum cognitum tibi feci, & injustitiam meam non abscondidi, Confitebor tibi transgressiones meas, & tu remittis mibi impietatem peccati mei. Et cum Augustino in Soliloq: Commisit ego. Dn: undè me damnare potes, sed tu non omisisti, undè me salvare potes. Omnis spes, & totius fiducia certitudo mibi in te est &c.

3. In Vitæ emendatione, coercendo nimirum vagas carnis nostræ illecebras, & frenum injiciendo pravis cupiditatibus, in superq; vitando omnis generis vitia, & improborum hominum societates, pièq; modeste castè & religiosè Vitam institucndo, omniâq; humanitatis & caritatis officia proximo nostro cumulatè prestando atq; exhibendo, tandemq; Spem & fiduciam firmis: in misericordia ac tutelâ Dei Omnipotentis ponendo, ejusq; certum auxilium prestando, quia is optimus adjutor in oportunitatibus, & juxta

est Dominus invocantibus eum, & ex omnibus tribulationibus pios liberat ac eripit, Ps: 34. Hoc si fecerimus, tum ab omni pestifera aura adslatu, tum aliorum quoq; malorum incursum tuti erimus, minimè dubitantes, seu videmus seu moriamur, quod in utroq; casu Domini sumus.

## DISTINCTIO II.

Politica Præservandi ratio, in quibus consistit?

**E**A consistit, & in amolitione seu repurgatione omnium foetidæ ac cœnosæ materiæ, imprimis verò fœmi ac fœcorum Anserum & Porcorum, aliarumq; ejusmodi sordium, quæ communiter tum in viis ac plateis publicis, tum privatis adibus colligi ac coacervari solent. He enim nisi removeantur, sed ita intacta relinquuntur, diuturnâ morâ suâ Aerem variis inquinamentis putridis & morbidis excretionibus conspergere & inspicere, sicq; causam generationis febrium pestilentium præbere possunt. Unde Palmarius in lib: de feb: Pestil: cap: 8, refert, ob sordium, purgamentorum & fœcorum equinorum, Lutetie, utpotè tunc temporis duriter per totum Autumnum obsessâ, in vicis collectorum & adservatorum, factorem & gravem expirationem, Aerem ita vitiatum fuisse, ut proximo Vere, maligna & pestilentes Febres exorta, admodum grassari ceperint, quæ postea totâ æstate & autumno subsequenti multò sæviores factæ quamplurimos interfecerint. Prudens itaq; ac diligens Magistratus, cui civium subditorumque suorum Salus curæ cordiq; est, in id præcipuè incumbere,

Politica  
ratio præ-  
servandi  
à Peste  
I.

summamq; operam naxare debet, ut cum minas pestilentes contagii alicunde impendere viderit per certos praefectos ac ministros ad id officii peculiariter deputatos, omnem sorditiam ac spurcitiem, qualis etiam illa sit, intra vel extra urbis moenia congestam, quanto citius removeri, remotamq; ad loca disjuncta transportari sicq; vicos & plateas omnes, quantum quidem id pote, quam mundissime conservari curet. Quod etiam pertinet, publico Senatus consulto severissime prohiberi, urinarum, aliarumq; secum, tam nocturno, quam diurno tempore in vias publicas, effusiones, ut pote quibus non solum civitas alicujus loci maxime deformatur, verum etiam Aer ipse dispositionem aptam nanciscitur ad generandum ex se Venenum pestiferum, vel seminum Contagii suscipiendum atq; fovendum.

2.

2. In peregrinorum hominum ex locis suspectis adventantium exclusione atq; devitatione. Quod et si nonnihil inhumanitatis aut inhospitalitatis praeseferre videatur, ingressu nimirum urbis prohibere aut receptum denegare Amicis, aliisq; peregrinis, ad nos, animi vel negotiorum causâ commeantibus: Attamen qui probe consideraverit, pensiquè habuerit, Commodum publicum, nunquam non privato esse anteferendum, nec publicam, alicujus urbis Salutem, ob unius aut alterius privati utilitatem periclitari par esse aut decere, is aequior omnino hinc erit in judicando, & nonnihil benignius, ejusmodi advenarum seu extraneorum, (sæpè Sturnorum instar ex locis infectis ac impuris, in alium locum seu urbem, contagii

pesti-

pestiferi labe nondum inquinatam, catervatim confluentium,) exclusionem, aut hospitii denegationem, interpretabitur; praesertim cum experientia multoties testatum fecerit, tali peregrinorum hominum ex locis suspectis advolantium admissione ac receptione, Pestiferam Lucem longè lateq; propagatam fuisse, totasq; regiones seu provincias *Ἐπαισιμῶς ἢ ὁλοῦς* sic infectas fuisse.

3. In Conventuum publicorum interdictione, aut saltem rariori eorumdem indictione ac celebratione. *Conventus* autem publici nomine hic intelliguntur Nuptiae: Sacra Lustrica: Chora seu tripudia: Balnea: Taberna potoria: Lusus jaculatorii: Exercitia palaestrica: Theatrica spectacula: Nundinae: Computationes tribulium opificum: Paedagogia puerulorum & puellarum, & id genus alia. Pii itaq; Magistratus officium erit, ejusmodi conventus, praesertim verò eos qui adeò necessarii non sunt, & in aliud tempus longè commodius, sine cujuspiam dispendio aut jacturà aliqua, rejici ac differri possunt, serio prohibere, & ita hoc aliq; quocumq; id fieri poterit modo, Saluti civium suorum consulere.

4. In aedium infectarum observatione. Ob eum autem praecipue finem interdicto Magistratus publico domus ejusmodi pestilentes per certos ministros occludi, vel etiam (ut in quibusdam locis fieri solet) certâ atque peculiari quadam notâ ac charactere insigniri debent, cum ne alii, corpore adhuc sani, & in publicum

prode

prodeuntes, ad illas adpropinquent, sed eas, tamquam vitæ periculum minitantes fugiant ac declinent: tum ne infectis, in hujusmodi adibus commorantibus, vel aliis, ipsis ministrantibus, egressus seu prodeambulatio in publicum, ut pote quâ contagiosum hoc malum latius diffunderetur, pateat. Hâc tamen Christianæ caritatis moderatione simul adhibita, ne infecti à Bonâ Injoi planè relinquantur, sed ipsis omnia, quæ tum ad victum convenientem, tum ad profligationem tanti atrocis ac periculosi morbi, Sanitatisq; amissæ recuperationem necessaria, maximèq; expedire videbuntur, benignè, alacriter ac liberaliter subministrantur.

## DISTINCTIO III.

Physicè tandem, quomodo præservari corpus à Peste debet?

Physica  
Præserva  
tio à Peste

**H**iscè quinq; modis seu mediis 1. Aerem pestilentem ac vitiosum vel declinando vel emendando. 2. Loca ac Personas, contagii nomine suspectas devitando. 3. Cacochymiam corporis seu pravitatem humorum, pharmacis convenientibus subtrahendo. 4. Cor ac principalia viscera, corroborando, & à Veneni adpulsu idoneorum Antidotorum administratione præmuniendo. 5. Rerum 6. non naturalium mediocritatem observando, & earumdem immoderatum excessum fugiundo. In hiscè 5. rebus univèrsa præservandi ratio, secundùm Medicorum præcepta ac monita consistit.

I. Medium, AERIS electio & correctio.

Quomo-



Quomodo primò Aeris vitiofitas decli-  
nanda ac corrigenda?

Qualis  
Aer eli-  
gendus.

1. Si porta, fenestra atq; ades, in quibus degimus, dili-  
genter occlusæ ferventur, præsertim Aere crasso, caliginoso,  
turbido, pluvio, ac nebuloso existente, nec non ventis spiran-  
tibus Austrinis, Circinis, vel Notolybicus. Cum enim hi  
Venti naturâ humidiss. sint, idcirco promptissimè quoq; pu-  
trida ac venenata *μικροζυξα* in se recipiunt, corpusq; hu-  
manum, ad putredinis fomitem concipiendum disponunt,  
undè & ab Hipp: in Aphor: pro omnium insaluberrimis  
habentur. Quamvis autem Aer seu calidior, humidior,  
crassior, aut aliâ dumtaxat qualitate manifestâ adfectus,  
ipse pestilens nondum existat, nihilominus interdum sic  
corpus, humores, vel alimenta corporis, alterare ac labefa-  
ctare potest, ut per accidens, licet & remotior, causa tamen  
esse possit intus generati veneni, vel certè ipsemet eo ipso, ad  
majorem aliquam labem in se recipiendam, aptior redda-  
tur. Sedulo itaq; quicumq; Sanitatis studiosus est, tempore  
gliscentis Contagii domicilia seu habitacula sua, ab hujus-  
modi Aeris insalubris occurso seu ingressu, omnium porta-  
rum ac fenestrarum, præsertim Austrum & Occidentem,  
versus spectantium, obstructione seu occlusionem munire,  
: e contra verò eas, que versùs Orientem ac Septentrionem  
positum habent, cælo sereno, aereq; puro, itemq; flante Euro  
atq; Aquilone, aperire debet, quia hi venti, propter suam  
frigiditatem & siccitatem, labi putredinis admodum resi-  
stunt, teste Avicennâ 2. primi doct: 2. & Avenzoare, ter-  
tio Theoric, tract: 3. c: 1. & *νοεζαὶς ἀπονεύσεις*, Aeri insiden-  
tes, potenter disjiciunt, consumunt, ac torpidas quasi reddunt.

I

Quid

## Quid postea agendum?

Correctio  
Aeris, in-  
censione  
ignium

2. Ignis luculentus, tum in adibus, tum in campis publicis accendendus ex rebus praesertim suaviter olentibus, abditisq; ac peculiari vi Veneni pestiferi malitiam obtundentibus & infringentibus. Cum enim Ignis omnium agentium naturalium, validiss: actuosissimusque existat, nulli parcens corpori, sed omnia quae tangit, ac vicina habet, depascens, destruens, ac in cineres redigens; idcirco credibile, pestifera quoq; seminaria Aeri inpersa, ab ejus vehementia penitus absumptum ac dissipatum iri. Quod optimè intellegens, magnus ille Hippocr: in famosa illa Peste Atheniensi, ignem variis in locis incendit, injectis simul in eundem, herbis floribusq; odoratis: cujus vi postea labe dirij hujus veneni in totum discussa, sicq; civitas à calamitoso hoc malo vindicata fuit. Saepius igitur in die per omnia domus concla via, flammeus ignis excitetur, constans ex lignis Juniperinis, Cupressinis, Quercinis, Fraxineis, Betulaceis, Fagineis, &c quibus injiciantur Bacca Juniperi vel Lauri, Absinthium, Rosmarin: Salvia, Origanum, Thymus, Mastix, Ruta, Lavendula, Rosa, Santalum, & id genus alia odorata. Hac enim ratione exsiccatur Aer, & maligna qualitas, si qua ei inheret, aufertur, substantiaq; illius purior, & ad Sanitatis conservationem salubrior omnino commodiorq; redditur. Nonnulli quoq; hic valde laudant tormentorum bellicorum dislosionem, mane & vesperi factam, nec id sanè absq; ratione, cum enim hac vi ignis ita excussa, validissimè Aerem & ad distans commoveant, sonitusq; maximus ab iis concitetur, idcirco judicandum,

candum,

candum, eorum disþlosionem sæpius iteratam, ad Aeris valli-  
dam purificationem ab omnibus inquinamentis pravis,  
quàm maximè facere & conducere.

Præter hanc ignium accensionem, quomo-  
dò Aer ampliùs corrigendus?

3. Si Conclavia vel habitacula, vel Aceto, vel alio li-  
quore apto & convenienti sæpius in die conspergantur, iti-  
demq; facies aquà aliquà odoratà irroretur ac humectetur.  
1. Erius, quod attinet, maximè hic ex usu sunt Aq: Ange-  
lica, Ruta, Lavend: Rosmar: Melisse, Malorum Citrior: &  
Arant: & c. si iis pavimenta conspergantur. Acet a pariter  
Rosar: Junip: Sambuc: Rutac: vel Scordij summopere com-  
mendantur, si nimirum eorum, super tegulam candentem  
priùs fusorum Vapor, cubiculo excipiat, vel per totum  
conclave derivetur. Inest enim Aceto singularis quedam  
vis ac proprietas specifica, seminariis illis contagiosis, seu  
morbidis excretionibus per Aerem sparsis, resistendi, o-  
mnemq; putredinem avoliendi. Unde & Lemnius lib:  
2. Occult: cap: 36. Acetum (inquit) venenis resistit, &  
Pestilentis morbi contagia repellit, sicut consulti mihi fa-  
cere videantur, qui grassante morbo populari, moderatum  
Aceti usum familiarem sibi reddunt, dissipat enim vitio-  
sum aerem, & si quid in corpus haustum est, humores infici  
ac putrescere prohibet. 2. Alterum quod spectat, faciei  
nimirum ac narium irrorationem, tenuioris fortune ho-  
mines, eorundem modò dictorum Acetorum humectatione,  
vel Aq: Ros: Lavend: Major: Melis: conspersione contenti esse  
poterunt. Locupletiores verò sequenti Aquà suaveolenti

faciei ir-  
roratio

*faciem sep̄ imbuant aut abluant. R. Aq: Ros: ꝑ̄ is̄ Aq: Major: & Lavend: an ꝑ̄ iij. Aq: Cinam: ꝑ̄ iß. In quibus dissolve Moschi & Ambræ an ꝑ̄ ß Styr: liq: ꝑ̄ ij Misce. Egregia quoque hæc est: R. Moschi & Ambræ ana q. v. Aqua Vitæ opt: ꝑ̄ i, Ligatum Moschum & Ambram in nodulo, hunc Vasi vitreo adapta, ita ut filo is̄ adligatus, & suspensus, fundum Vitri non attingat. Vas autem strictissimè occlusum in cineres per triduum, lentis: calore colloca, cavendo diligenter, ne Nodulus in aqua marcidus fiat, hoc enim si accidat, statim is̄ mutandus erit, novusq; Nodulus cum M & A substituendus. Quo factò, serva hanc Aquam odoratiss: & suaviss: eaq; tinge faciem, nares vel manus tempore grassantis Contagii.*

Plurane adhuc ad Aeris correctionem  
 requirantur?

*4. Si nimirum Suffumigia excitentur seu instituantur, ex rebus odoratis, labemq; expugnantibus, tempore quidem brumali, calidioribus, ut ex Xyloaloe, Cinamomo, Caryophyllis, Zedoaria, Cortic: Arant: & Thymiamat: Bacc: Lauri & Junip: Rad: Angel: Ireos, Myrrhâ, Mastiche, Thu-re, Succino, Styrace, Ladano, Ruta, Salvia, Diptamno, Major: Serpillo, Orig: & c. Aestate verò frigidis ac temperatis, ut Benzoino, Ladano, stor: Ros; Viol: Nymph: Tunicar: Melis, Borrag: Cort: Limon: Cydon: ac Citr: Santalis, Baccis Myrtbi, Putaminibus Pomorum suaevolentium & c. Hujusmodi enim Suffumigia & odoramento plurimum utilitatis in maligni aeris emendatione adferre, Plinius testa-*

tur lib: 6. cap: 27. Et Galenus quoq; in lib: de Ther: ad Pison: hanc preservandi rationem per suffumigia commendat his verbis cum ait: Hippocratem multis modis laudo, qui Luem illam ex Ethiopia Gracos invadentem non aliter curavit, quam aeris mutatione attentioneque ne talis amplius inspiraretur &c. Et quamvis Aerei illius veneni, Antidotum certum nos lateat, virisimile tamen est, eam numerosa fragrantissimarum rerum congerie, aliquid reperiri, quod e diametro virulentia illi oppositum sit.

Suffitus autem non tantum in aedibus privatis, sed & in Curijs, Pretorijs, Aedibus publicis, atq; Templis, quando conciones habende sunt ad populum, instituendi. Tempa enim cum clausas semper habeant fenestras, & raro persentur, idcirco tempore gliscentes veneni pestiferi, maxime opus habent Suffumigijs, ad Aerem, impuris saepe variorum hominum halitibus alteratum & inquinatum, corrigendum. Suffitus autem potissimum ex Succino, Thure, Myrrba & Baccis Juniperi in illis excitandus, sunt enim hac nature amica, & ἀπὸ μύρα καὶ θύρα καὶ σπινθέρων ἀδύσπαστα admodum dissipant ac consumunt. Alias privatim adhibeatur talis suffumigatio: R. Aceti Ros: & Rutac: an ꝑij. Aq: Ros: & Lavend: an ꝑij. Quibus infunde Bac: Junip: ꝑi. Ciinam: Caryophyl: an ꝑij. Cort: Citri sic: ꝑij. Styrac: ꝑi. Hujus liquoris parum frunde super lapidem calefactum, & fiat evaporatio conclavium, ter in die.

Suntne præter hæc & alia Suffituum  
genera?

Plura Suffumigia parari quoq; possunt ex certis Pulve-  
ribus, Trochiscis & Candelis.

Pulvis  
pro suffitu

1.

I. PULVIS pro Plebejis: R. Bacc: Junip: ʒi. Bacc:  
Lauri ʒiij. Rad: Angel: & Ireos an ʒß. Fol: sic: Ruta, Ab-  
sintb: & Serpil. an Mß. Thuris, Succini an ʒiß. Fiat inde  
Pulvis grossus, qui inspergatur Carbonibus.

2.

Alius pro Ditiioribus: R. Florum Ros:  
incarnat: Caryophyl. an. ʒß. Benzoin: Styr: calam: an: ʒij.  
Ladani opt: ʒiß. Xyloal: Cinam: Santali cur: an: ʒi. Moschi  
G 7. dissol. in aq. Ros. Miscæ pro Pulvere grosso, inspergendo  
lamina ferrea excalesactæ.

Trochisci

1.

II. TROCHISCI pro Pauperibus. R. Rad: Angel:  
& Zedoar: an ʒiß. Succini, Myrrhe. an ʒi. Gran. Jimp. No.  
XX. Sem: Ruta ʒi. Pulv: excipiantur succo Ruta, & inde fi-  
ant Trochisci pro fumo, injiciendi prunis.

2.

Alii pro Locupletioribus. R. Ase dulcis ʒij. Styr.  
calam: ʒiß. Xyloal. ʒij. Balsami Peruviani ʒi. Moschi opt:  
Gr. 7. Sacchari fini ʒiß dissol. in Julepo Ros. Formentur in-  
de Trochisci parvi pro suffitu.

Candela

1.

III. CANDELE pro egentioribus. R. Bacc. Lau-  
ri & Junip: an. ʒiij. Mastich: Thur: Bdellii an ʒi. Rad. Ire-  
os & Zedoar: an. ʒii. Fol. sic. Melis. & Scord: an. ʒi. Car-  
bon: Ligni Salicum ʒii. Pistentur omnia cum Gum: Tra-  
gac. & Aq: Ros: F. Candela, accendenda pro fumo.

Alie

*Alia pro opulentioribus. R. Ladani opt. ℥i. Styr: calam: ℥ss. Caryoph. arom: Xyloal: flor. Ros. odorat. an. ℥i. Cinam: Thur. Major. an ℥ij. Trochisc. Gallia & Alipta moscb. an ℥i. Dissol. Arom: & Gum: cum pistillo cal: cum s. q. mucilag: Tragac: & Carbon. Tilia, Fiat massa, ex qua Candela parentur.*

Quid sentiendum de rebus fœtidis tem-  
pore grassantis Contagii?

*Et si quidam sunt, qui Hircum olidum domi habere, magnum presidium putent, & nidore quoq; Cornuum, Ostrum, ac calceamentorum veterum combustorum in adibus suis, Contagionem Pestilentem abigere, longeq; à se propellere satagant. Prætereaq; non desint alii, qui ad hujus venenata Lævis præcautionem, quotidie fœtidiss. cloaca aut latrina teterrimum odorem, naribus excipiendum esse contendant. Tamen horum omnium sententia prorsus improbanda, siquidem quotidiana Experientia satis superq; declarat, nullâ re Spiritus vitales magis debilitari, resolvi, prosterni ac dissipari, quàm ejusmodi virosorum ac graveolentium, utpotè natura nostra extremè adversantium, fœtore, multosq; ex hac solâ causâ in gravem Syncopem ac deliquium animi incidisse. Eugienda itaq; sunt talia, abominando fœtore prædita, & e contra amplectenda ea, qua singulari fragrantia, ac odoris suavitate prædita sunt, quemadmodum sunt illa, qua modò commemorata fuere, cum quibus Spiritus, miris modis eriguntur, vegetantur ac reficiuntur.*

Fœtida  
improbantur  
pro  
Suffumigio

## 2. Medium, FUGA

Alterum Pestis Prophylacticum  
quodnam est?

**I**psa Fuga, atq; loci aut etiam Regionis permutatio; Hec enim omnium, tutissima securissimaq; Praecautio censetur.

Sed licitanè est ejusmodi Fuga?

Num fu-  
gere lice-  
at tempo-  
re Pestis

Fugam esse licitam, nec per se repugnare DEO, multa Exempli Sacrarum litterarum manifestè docent ac comprobant. Nam & Abraham Gen: 20. Isaacus Gen: 26. Jacobus Gen: 27. Moses Exod: 2. David 1. Sam. 4. 19. 20. & 21. Elias 3. Reg: 19. Tobias in lib: Tob: cap: 1. Paulus 2. Cor: 11. & Actor 9. 14. & 17. Mathathias & filii ejus 1. Maccab: 2. Jonathas & Simon, Maccab: 9. Josephus cum Maria matre Jesu, Matth: 2. & alii sancti Viri, tempore grandis alicujus periculi, aut calamitatis impendentis, Fugâ salutis suae prospexerunt. Imò ipse Christus sapè fugâ sibi consuluit, ut vidère est apud Matth: cap: 12. Marcum cap: 14. Joam: cap: 6. 7. 8. &c.

Qui igitur ingruentem Pestem fugere potest, neq; officiis publicis retinetur, neq; rei familiaris angustia, aut aliis incommodis praepeditur, is non se temerè exponat periculo, nec reus fiat interitus & sui ipsius, & proximi sui, quem aliàs sibi caventem, ipse infectus postea inficit sibi inservientem: atq; ita contagium, malumq; ceu incendium, publicum, quod omnes potiùs pro viribus profligare debent, contra conscientiam augeat. Et ad id quòq; nos hortatur non tantùm dictum illud vulgare: Sis procut à jaculis, & feriere



ferière miris. Et effatum illud Alcibiadis apud Plutar-  
 chum in ejus vitâ: Stultum esse non fugâ sibi consulere,  
 cum fugere possis; verùm etiam autoritas S. S. Scriptura, ut  
 Ezech: 7. Qui in civitate sunt, Peste fameq; devorabun-  
 tur, qui verò auffugerint ex eâ salvabuntur. Sciant tamen  
 fugientes, ad officia caritatis nihilominus se obstringi, ut  
 ops & are inopum miserias sublevent, iisq; quibuscumque  
 possint modis, subveniant, insuperq; pro Salute ac incolu-  
 mitate concivium suorum, devotas subindè preces ad D E-  
 U M fundant, nec ut corpore, itâ & animo atq; adfectu,  
 seu precum communiõne, ab illis separati vivant mane-  
 antque.

Ergò Fuga omnibus promiscuè est per-  
 missa tempore Pestis?

Minimè. Sunt enim aliqui, quos à fuga re-  
 trahit specialis quedam vocatio, ut sunt Conjuges, Paren-  
 tes, liberi, constituti item verbi divini Ministri ac Medici, i-  
 temq; Chirurgi & Obstetrices jurata, nec non Magistratus  
 quidam, & alii, quorum opera Reipubl: summè necessaria  
 est; Hi enim quamvis fugerent Pestis tyrannidem, manus  
 tamen DEI Omnipotentis non effugerent, sed illas ultrices  
 ac vindices, ob ipsorum summam perfidiam ergà proxi-  
 mum, magno suo malo tandem experturi essent.

Non o-  
mnibus  
est per-  
missa

Quomodò autem Fuga debet esse  
 comparata?

Qui in Fugâ Salutis spem collocant, ñ quibus libet &  
 licet, 1. Mature & mox fugâ se proripiant, priusquàm  
 admissum Acris vitium corporis Spiritus & humores infe-

Ciò

K

cerit,

Longè

Tardè

cerit, Cordiq; se aliùs insinuarit. Ex iis enim qui seriùs locum mutant, atq; fugam arripiunt, non pauci Pestis fomitem jam conceptum intùs gestant, qui vires acquirit eundo, eosq; brevi in Aere sereniss: & saluberrimo loco incautos perimit. 2. Longè se abducant, & ad distita loca, à Pestilenti contagio planè immunia se recipiant ac conferant. Nam qui in viciniâ tantum confederit, ad hunc, ventis, balitus pestilentes, Aerisq; inquinamenta putrida ac contagiosa, nullo negotio transferre ac propellere queunt. 3. Et Tardè tandem, sed non priùs redeant aut domum remigrent, quàm omne Contagium sopitum, extinctum, aut sublatum sit. Periculosus enim è loco salubri in gravem & insalubrem transitus est, consultiùs q; ij faciunt, qui non aliò migrant, quàm qui abeunt, & citius quàm Aeris malignitas prorsus devicta fuerit, in patriam ingrediuntur.

Quid verò faciendum iis, quibus fugere non licet?

1. Sperent optimè, sciantq; se omnibus in viis suis, ac vocatione suâ, Angelorum custodiâ non destitui, qui in manibus suis portabunt eos. & se tutos omninò sub umbra JEHOVÆ versari ac consistere. 2. Deindè, ad excutiendam memoriam Pestis sævientis, caveant frequentare conviviva Bacchica, ac crapulis gravari, vel tripudia instituere, ut potè quibus DEUS maximè irritatur, atq; offenditur, sed potius piam castam & temperantem vitam instituant, frequentent sæpius templa, ac sacris diligenter operentur. 3. Deniq;, quantum conscientia religio, & muneris ratio permit-

permit-

permittit, vitent hominum insectorum consortium, atq; ex  
 iis consanguineorum imprimis consuetudinem, ac conversa-  
 tionem, nam testis est Experientia, citius hac labe imbui ac  
 corripit eos, inter quos quadam similitudo, & natura co-  
 gnatio intercedit, quam ubi nulla talis sintimoria, sangui-  
 nisq; propinquitas locum habet. Aut si omnino cum pesti-  
 ferè febricitantibus conversandum illis sit, ut id fiat ore  
 aliquantum averso, & vento secundo, non verò adverso,  
 nec colloquium sit longum, sed brevissimum, citòq; abrum-  
 patur.

### 3. Medium, CACOCHYMIÆ Subtractio.

Quinam est tertius Præservandi  
 Modus?

**A**D tertium Præservandi modum pertinet apta &  
 condeniens corporis à superfluis noxiisq; Humoribus  
 expurgatio, imprimis presente aliquâ cacochymia,  
 que tamquam fomes, virus contagiose Labis ad se trahit  
 rapitq;. Ejusmodi autem vacuatio, non nisi pharmacis  
 benignis, & natura familiaribus, viresq; corporis non ni-  
 mioperè exsolventibus aut deficientibus, molienda atq; in-  
 stituenda, cuiusmodi sunt Sena, Rhabarbarum, Agaricus,  
 Aloe, vel eorum Extracta. Quò pertinent etiam Cry-  
 stalli Tartari, pondere  $\text{zij}$  vel  $\text{ziii}$  in brodio seu jusculo ali-  
 quo exhibiti. It: Extr: Panchymag. Crollij, aut Extr:  
 Diacarthami, ad  $\text{ʒij}$  vel  $\text{ʒß}$  vel in formâ Boli, vel Pil-  
 lularum, correctum. Naturâ robustiores, Extr: quo-  
 que Helleb: nigri  $\text{ʒi}$ , vel Scammon: Gr: 10. aut 12: Itemq;

Extra Ta  
 purg aut:  
 Crytalli  
 Tartari  
 Extr: Pan-  
 chym: Crol-  
 lij, Dia-  
 carth. Hel-  
 leb: nigri  
 Scammon:

K 2

Gummi

Crocus  
Indico  
um, &  
na, &  
lores &

Essentia  
Aloes

Potium  
ula pur-  
gans

Gummi de Peru ꝑ̄ cum G 3. Lap: Prunel: in pillulas re-  
daet: deglutire possunt. Vel horum loco, si liquidis magis  
delectaretur, sumere Infusionem vel Croci metallorum,  
aut Mercurij vitæ. Delicatioꝛibus autem offerenda, Flo-  
rum nostrorū Mercurij (in Anat: & Spagir: lib: 2. descri-  
ptorum) G 3. vel 4. cum Cons: Ros: vel Borrage: vel Mor-  
fulor: laxat: ꝑ̄ seu Diacydon: luc: lax: aut Confectio-  
nis Rhabarb: ꝑ̄, plus minusve, pro ratione ætatis, viri-  
umq; robore. Communiter tamen Essentia Aloes cum  
succis, juxta descriptionem Quercetani, ꝑ̄ vel ꝑ̄ pondere,  
hora j tantum ante pastum sumpta, bis vel ter in mense,  
plurimum momenti habet ad quosvis humores noxios extur-  
bandos, & putredinem reprimendam, quemadmodum &  
sequens Potiuncula, multum conducit ad exonerandum cor-  
pus à saburra vitiosorum succorum. R. Rad: Helen: &  
Pimpin: an ꝑ̄. Rad: Valer: & Angel: an ꝑ̄. Her: Car-  
duib: Veron: Scabios: an: Mj. Flor: Persic: Centaurii  
min: & Genist: an: P j. Bacc: Junip: ꝑ̄. Sem: Citri, A-  
nis: an ꝑ̄. Fol: Senæ Alex: ꝑ̄. Rhabarb: & Agar:  
troch: an: ꝑ̄. Cinam: ꝑ̄. Macis ꝑ̄. Spicæ Ind: ꝑ̄. In-  
fund: per noctem in s. q. Aquæ Carduib: Mane facta  
ebullit: expr: fort: & col: Colat: hujus. R. ꝑ̄. Extr:  
Diacarth: ꝑ̄. Vel ꝑ̄. Syr: de Cich: cum Rhab: ꝑ̄, Cre-  
moris Tartari ꝑ̄. Aq: Cinam: ꝑ̄. Spir: Vitrioli G 8. Mis-  
ce pro potiunculâ, que tota exhauriatur manè, jeju-  
nando desuper per 3. horas. Si vero cui magis placuerit  
Claretum aliquod laxativum, vel vinum purgans, is ab  
Ordinario Medico illud petat. Inprimis tamen tamquam  
specificum purgans in Peste commendatur hoc Oleum stitit.

lit.

*litium: R. Aloes opt: ℥i. Rhabarb: ℥i. Agar: opt: ℥i. Turpethi ℥vi. Polypod: ℥x. Bacc: Junip: ℥ij. Rad. Gentian: Elenii. Zedoaria, Imperator, an: ℥i. Bacc: Lauri ℥ss. Cinam: Macis, Santali rubri an: ℥ii. Myrrhæ, Maltichis, Olibani an: ℥iiij. Xyloal: Caryophyl: an: ℥i. Camph: ℥ss. Contusis omnibus minutim adfunde Succi Borrage, Melissæ & Citriorum ana q. l. ad humectationem specierum, Macerentur per octiduum, Vas quotidie agitando. Postea in B.M. destillentur, primo exhibit aqua, postea Oleum, si ignem intendas, quod seorsim colligendum. Dosis hujus Olei pro purgatione est ℥i vel circiter pro ratione ætatis. Vel cum Vinno, Vel cum jussulo carnis &c.*

*Ol. stillat:*

**Faciuntne Cauteria seu Fonticuli quoq;  
ad Pestis præservationem?**

*Fonticuli in signe præstant emolumentum ad præservandum corpus ab infectione contagiosa, siquidem per eos, tamquam per helices seu tubulos quosdam, omnis vitiosorum humorum in corpore coaceruatorum colluvies ac sentina corrivatur, atq; expurgatur, unde subtracto isto quasi fomite, homo minus Pestisera luti obnoxius redditur, quod confirmans quoq; Jul: Palmar: lib: 1, de Febr: Pest: cap: 13, ita scribit: Inter medicamenta præcipua, quæ ab imminente Peste multos vindicasse comperimus, jure numerantur Ulcera in tibiis aut femoribus arte facta. His enim corporis ichores, serosaq; excrementa excurrunt ac repurgantur, sicq; aufertur Pestis præparatio &c. Et Gulienus Fabricius Centur: 4. Obs: Cheir: 23. & 86. testatur, se in*

*Cauteria ac Fonticuli multum conserant in præservatione.*

*Peste Lausanensi, beneficio fonticulorum in poplite dextro, & brachio sinistro, conservatum fuisse, imò observasse, per paucos, qui fonticulos gestarunt, Peste correptos fuisse. Idem etiam calculo suo comprobant Antonius Portus lib: 2. de Peste, cap: 36. Paræus lib: de Peste. Georg: Garnerus in lib: de Pest: cap: 9. Alex: Massaria lib: 2. de Peste, Ingrassias, Nicol: Massa, Joan: Arculanus, Gerardus Columba & alii.*

#### 4. Medium, ALEXITERIOR: Usurpatio.

Quarta à Peste præservandi ratio,  
in quo consistit?

**I**N Cordis aliorumq; viscerum principalium corroboratio-  
ne, eorundemq; per certa ac peculiaria quedam Anti-  
dota, à putrida hac labe, præmunitione.

Antidota autem illa quotuplicia sunt?

Duplicia: Interna & Externa. Ad illa referun-  
tur Aqua destill: seu Theriacales: Mixture: Syrupi: Ele-  
ctuaria: Condita: Pulveres: Trochisci: Morsuli ac Rotula.  
Ad hæc verò, Sacculi: Balsama seu Linimenta: Olea: Pila  
odorata & c, de quibus omnibus, fusiis sequenti Libro tra-  
ctabitur.

#### I. INTERNA ALEXITERIA.

Quomodo primum per interna Ale-  
xiteria corpus præservandum?

*Alexiteria  
seu Anti-  
dota inter-  
nè sumen-  
da pro præ-  
servat: Pe-  
stis*

**Q**ui à Venenata Aura ad flatu se tueri cupit, is subin-  
dè ore masticeet Rad: Angel: vel Zedoar: aut Olsniti  
seu

seu Diptam: Elenii, Imperator: Pimpinell: vel Cort: Citri  
 ac Limon: aut Baccas Junip: rec: nec unquam sine masticatione  
 horum in publicum prodeat. | Magnum etiam momenti habet,  
 interdum manè pauxillum. Conserve Ros: Borrag: vel  
 Melisse quibus ꝑi. Salis Absintb: Scordii vel Angel: vel  
 Gutt: 7. 8. vel 9. Spir: Vitrioli permixta fuerint: Item  
 Theriaca veteris, Mitbridat: aut Elect: de Ovo ꝑꝑ vel  
 per se, vel cum Flor: Sulph: ꝑꝑ deglutire. Tinctura etiam,  
 Rubinus seu Balsamus Sulphuris, ter vel quater in septis  
 manà, ad 6 8. vel 10 guttas, vel cum Consi: Scordii ꝑꝑ, vel  
 cum Sacharo permixtus: Nec non Magisterium Corall:  
 aut Cornu cervicis, cum pauxillo Syr. Acetos: Citri jejune  
 sumptum; Quoadmodum ꝑ Essentia rad: Angel: Zedoar:  
 vel Elenii cum vino hausta, aut Elixir proprietatis Pa-  
 racelsi, seu Elixir Pestil: Crollii, paucarum Guttarum dosi  
 cum Vino Absintb: aut Melis: potum, potentissime omni  
 malignitati adversantur, nec humores in corpore putrilagine  
 corrumpi sinunt. Quod idem etiam prestans: Ol:  
 stillat: Succini albi: Angelica: Cort: Citri: Junip: ꝑc. ut  
 ꝑ Extract: Bacc: Juniperi. Aqua item Theriacales, Spi-  
 ritus Succini, Tinctura Mummie, Aurum potabile ꝑc. con-  
 venienti dosi per intervalla exhibita ꝑ usurpata. Confe-  
 ctio etiam Rotul: Liberantis, ut ꝑ Elect: Diascordii, conve-  
 nienter usurpata, pro Præservatione contagii pestiferi non  
 sunt contemnenda.

Inprimis vero efficacissima habentur sequentes Rotula:  
 R. Extr: Angel: ꝑi. Extr: Zedoar: ꝑꝑ. Confect: Al-  
 cherm: ꝑi, Extr: Croci Gr: 6. Ol: still: Cort: Citri G. 4.  
 Ol: Succini G. 2. Sachari fini ꝑꝑ, dissol: in Aq:  
 Cinam:

Rotula  
 efficaciss:

*Pulvis* Cinam: & Ros: F. Confectio in Rotulis, quarum 3. vel 4.  
*preserva-* manè deglutiantur. Nec minori Virtute & efficaciâ abi-  
*rius ex-* gendi scilicet omno venenum Pestilens, corpusq. ab ejusdem  
*pertiss:* contactu immune conservandi, pollet & hicc Pulvis, cu-  
 jus hic in nostrâ patriâ Anno 1607. & 1610. grassante Peste,  
 maximus & salutaris fuit usus. R. Florum Sulph: ter  
 sublim: ʒiʒ. Cornu cervi præp: ʒiʒ. Boli Arm: præp:  
 Terræ Lemniæ veræ an: ʒiʒ. Myrrhæ elect: ʒi, Croci ʒi.  
 Sachari fini ad lubitum. Misce fiat Pulvis. Dosis, 2.  
 vel 3. cuspides cultri manè stomacho jejunò.

*Electuar:* Singulis etiam aut alternis diebus pro preservatio-  
*excellens* ne usurpetur hoc Electuarium, quod sanè magnarum viri-  
*preserva-* um est in obstando Veneno Pestifero: R. Conservæ Ros:  
*tor:* & B. ʒiʒ. Cort: Citri condit. ʒʒ. Theriacæ Andr:  
 vet: & Elect: de ovo an ʒii. Extr: Gran: Iunip: ʒiʒ. Flo-  
 rum Sulph: ʒi. Pulv: Rad: Zedoar: & Angel: an: ʒii.  
 Myrrhæ ʒi. Boli Arm: & Corall. præp: an: ʒʒ. G. ʒ. Rad:  
 Pimpin: Fol: Rutæ sicc: an: ʒi. Ollis de corde Cervi,  
 Croci an ʒʒ. Cum Syr: de Acetos: Citri q. s. & Spir:  
 Vitr: Misce, F. Electuar: Cujus dosis, magnitudo Casta-  
 nea manè, super bibendo immediatè cohibeat unum Aquæ  
 Carduib: vel Acetosæ.

*Elect: de* Pauperes contenti esse possunt hoc Elect: quod à Nu-  
*Nucibus* cibus cognomen adeptum est: R. Nucum Jugl: rec:  
 excort: No: 7. Ficum No: 4. fol. Rutæ sic: ʒi. Scord: ʒiʒ  
 Rad: Angel: & Dipt: an ʒii. Zedoar: ʒʒ. Theriacæ vulg:  
 ʒii. Myrrhæ rubræ ʒʒ. Conservæ Acetos: ʒi. Miscean-  
*Trochisc:* tur unâ. Si quis verò malit uti Trochiscis sublinguali-  
*sublinguo-* bus, tales in usum veniant: R. Ther: vet: & Mithrid:  
*les.*

opt:



optian ʒiʒ. Extr: Angel: G: XV. Extr: Dipt: & Torment:  
an ʒʒ. Ol: Succ: & Zedoar: an G 2. Pulv: rad: Ireos, Ci-  
nam: Rad: Pimpin: Myrrhæ, Boli Armen: Caryophyl:  
an: ʒʒ. Cum Mucil: Tragac: extr: cum Aq: Angel: F.  
massa, ex quâ Trochisci parvi formantur, qui sub linguâ  
teneantur.

Quæ autem Cautio in usurpatione  
hujusmodi Antidotorum adhi-  
benda?

1. Ne naturâ Cholericæ, seu temperamento calidiori,  
frequentiore quàm par sit, Antidotorum nimis calefaci-  
endi vi prædicatorum præsertim æstivo tempore usum ineant,  
sed potius ab iis abstineant, vel saltem parcius gustent, ne  
ex calefactis præter modum ipsorum humoribus, vel incen-  
sis Spiritibus, Febrim, vel alium adfectum morbificum im-  
prudenter sibi accersant.

2. Ut ejusmodi Alexipharmacorum usus sit moderatus  
apud omnes cujuscumq; etiam sint constitutionis ac ætatis.  
Nam quantum damni ex immoderatâ eorum usurpatione  
nonnulli sibi metipsis incauti multoties attulerint, nemini  
non, qui hæc talia observârunt, palam esse potest.

3. Ut pro diversitate ætatis, sexus, temperamenti, Vi-  
riumq; dosi antipestiferorum illorum medicamentorum,  
modo augeatur, modo minuatur, id quod prudentis ac ex-  
pertæ Medici judicio relinquendum.

4. Ne Infantibus aut Gravidis, Antidota impensè ca-  
lida siccaq; exhibeantur, sed potius temperata, & ad ali-  
quem frigiditatis gradum inclinantia.

Cautiones  
aliquot in  
usurpatione  
Alexi-  
teriorum.

2.

3.

4.

L

5. Ne

5. Ne uni tantum Alexipharmaco fidamus, aut inbe-  
reamus, sed modò hujus, modò alterius sumptione nos pra-  
muniamus.

Suntne Alexiteria crebrò mutanda  
in Peste?

Antidota  
cre-  
brò mu-  
tanda in  
Peste?

Crebrò illa mutanda esse suadet hæc ratio. 1. quod  
cum ipsius veneni in presentiarum grassantis *ιδιοσυγγεγασίας*  
exactè ac perfectè cognitam exploratamq; non habeamus,  
idcirco quale Antidotum certum ac infallibile propriè ei  
opponere debeamus, ignoremus, mutanda igitur necessario  
ejusmodi remedia. 2. Huc accedit Experiencià multijugã  
jam constare, Antidotum quamdam unam, plus in hæc,  
quam aliã Pestilentia præstitisse, nec omnes semper unius  
tantum remedi, licet experti, usurpatione, à quavis Peste  
fuisse vel præservatos vel curatos. 3. Deniq; dubitatur  
adhuc, an tale aliquod generale Alexipharmacum arte præ-  
parari possit quod omnibus venenis oblectetur. Paratè  
sanè id negare videtur, adserens cap.; 6. lib: 20. Naturam  
id non admittere, cum non omnium venenorum similis sit  
effectus neq; ij ab e. dem causà manent. Quædam enim  
ab occulta natura proprietate agunt, alia verò ab Elemen-  
tari qualitate præcellente. Itaq; cuiq; suo, suum quoq; pro-  
prium Antidotum opponi debere.

Nullumne ergò verum ac specificum  
Pestis Alexipharmacum da-  
tur?

An detur  
specificum  
Alexipha-  
nacum  
Pestis?

Reverà non datur. Nam propriam alicujus veneni  
Antidotum inventurus, ante omnia propriam quoq; ac spe-  
cificam

cificam illius veneni naturam debet habere perspectam.  
 At Pestiferi veneni naturam *ἰδιότροπον* in nemo unquam  
 rectè ac perfectè cognovit adhuc, nec facile cogniturus  
 est, cum ejus nec eadem semper sit facies, neq; eundem  
 quoq; nocendi aut perimendi modum perpetuò obtineat,  
 quod indè patet. 1. quod illius Symptomata sæpè sine di-  
 versissima. 2. quod interdum hæc Lues uno tempore ma-  
 gis, quàm altero. Et in hæc magis quàm in alia corpora se-  
 viat. Ad præcautionem autem seu amolitionem tam su-  
 nestæ Luis, non sufficit scire, hunc vel illum humorem in eà  
 putrescere Et corrumpi, sed etiam investigandum, quousq;  
 progrediatur, seu quis terminus ille corruptionis, Et in-  
 quid humores mutantur, quod non dicam difficile, sed ferè  
 impossibile est homini. Undè ex tali diversitate corrupte-  
 le humorum, pendet quoq; differentia ac varietas præser-  
 vationis Et curationis febrium pestilentium, pro cuius di-  
 versitate, diversa quoq; visdem adhibenda Antidota. Opi-  
 nandum itaq; specificum ac generale Pestis alexipharma-  
 cum nec dùm inventum esse à quoquam mortaliū, sed il-  
 lud adhuc in thesauris nature absconditum delitescere,  
 soliꝰ DEO sapienti Et immense bono, cognitum esse ac per-  
 spectum. Cujus sententia quoq; est Gesnerus lib: 1. E-  
 pist: 64. ita scribens: Remedia adversus Pestem nos certè  
 nulla habemus, fortè etiam non placet Deo, ut contra fla-  
 gellum, peccatis nostris debitum, ullum certum præsidium  
 habeamus. Et Crato in lib: de Peste: Ego ait) exi-  
 stimo, Verum Pestis alexipharmacum solius DEI Majesta-  
 ti esse cognitum, eiꝰ soli esse reservatum, nobis verò in-  
 cognitum.

## II. EXTERNA ALEXITERIA

Quomodo per externa Alexiteria corpus  
à Peste prætervandum ?

**H**ic præservationis modus consistit in adbibitione ex-  
teriùs vel Cordi vel naribus quorundam medica-  
mentorum odoratis: Spiritibus robur adflantium,  
malignamq; qualitatem Aeris propulsantium, qualia sunt  
sequentia.

1.  
Sacculus  
dorif:

1. **SACCULUS.** R. Flor: ros: sic: ʒij. flor. Lavend:  
& Anthos an ʒi. Rad: Ireos & Cyperi an ʒij. Asa dulc:  
ʒi. Cort: Citri exsic: ʒiʒ. Styrac: cal: ʒʒ. Rad: Angel:  
ʒii. Cinam: Macis, Caryoph: an: ʒi. Camph: ʒʒ. Ex  
incisis minutim omnibus paretur Sacculus quadratus ex  
Syndone, Cordi, vel naribus ad odorandum adplicandus,

2.  
Linimen-  
ta pro na-  
ribus

2. **LINIMENTUM** pro naribus: R. Ol: Nuc: mosch:  
per express: ʒij. Ol: stillat: Succini & Junip: an: G. 4.  
Extr: Angel: ʒi. Styr: liquidæ ʒʒ. M fiat Linim: quo na-  
res inungantur.

*Aliud suavius pro Ditiorebus:* R. Balsami Rosar: in-  
carn: ʒij. Ol: still: Citri & Cinam: an: G. 3. Styrac: liqu:  
ʒi. Balsami Peruviani ʒʒ. Zibethi & Moschi opt: an:  
G. 2. M pro Balsamo.

3.  
Pomam-  
bra

3. **POMUM ODORATUM, seu Pomambra:** R. La-  
dani purifs: & Styrac: calam: an ʒʒ. Benzoin ʒij. Santa-  
li citr: & Gallie mosch: an ʒʒ. Nuc: mosch: Flor: ros:  
Rad: Cyperi an ʒi. Thur: Succini albian: ʒi. Styr: liq:  
ʒʒ. Extr: Angel: ʒi. Ol: Citr: & Cinam: an G. 4. Ol:  
Junip: G. 5. Ol: Succini G. 2. Moschi G. 4. Gum: Tragac:  
dissol:

diffolui in aq: Ros: F. *Massa pro Poma, de qua ꝑ ligetur in  
Syndone rubrà instar Globuli rotundi: Vel inclusa pixidu-  
le foraminosa, manibus sepi versetur, naribusq; quoties lu-  
bet, admoveatur.*

4. ACETUM. R. Rad: Angel: Gentian: Imperat:  
an ꝑi. Cort: Citrific: ꝑvi. Rutæ, Scordij, Galegæ, Vale-  
rianæ an: Mi. Bacc: Junip: & Lauri an ꝑvi. Camph: ꝑß.  
Theriacæ ꝑi. Concisa prius infund: Aceti Ros: ꝑij, &  
ita per dies aliquot in infus: relinquuntur. *Hoc Aceto  
spongias novas irrigato, & imposto Globulo ex ligno Junip:  
tornato, ac plurimis foraminulis pertuso, naribus ad odo-  
randam admoveatur.*

*Plura Alexiteria tam interne usurpanda, quam ex-  
terne adhibenda qui scire desiderat, consulat sequentem Li-  
brum huius nostri Antidotarii.*

Tribuenda nè etiam aliqua vis Amuletis

ex Arsenico paratis ad arcendam Pe-  
stis contagiam?

*Quamvis non desint multi, qui tamquam singulare  
aliquod Pests Alexicacon, ejusmodi Amuleta predicant,  
mirisq; laudibus tantum non ad cælum usq; extollunt, ad-  
isq; ut tempore sevientis Pests, ad ea ceu sacram anchoram  
confugiant suadent atq; auctores sunt. Ego tamen illorum  
gestationem atq; usum, tamquam noxium, inutilem, ac per-  
nitiosum, inq; & superstitiosum rejiciendum fugiendumq;  
esse censeo, idq; ob multa graviss. Rationum momenta, à no-  
bis lib: 2. Catoptri nostri Pestilentialis, cap: 9. fusè de-  
clarata. Et si quid omninò juvare creduntur, id potius*

L 3.

fortiss.

4.  
Acetum.Amuleta  
ex Arse-  
nico num  
aliquid  
conferant  
in Peste?

fortiss: Imaginationi gestantis, ac firma de iisdem conce-  
pta confidentia; vel Temperamenti bonitati ac robori sin-  
gulari, quam talium Perceptorum virtuti atq; operationi  
adscribendum; idq; eo magis, cum Experientia multoties  
firmam fidem fecerit; plurimos tempore Contagii serpenti-  
tis, ejusmodi Amuletorum gestatione, nihil quidquam ad-  
jutos, sed sæpè citius aliis Pestilenti labe pollutos: Et econ-  
tra infinitos ferè eorum presidium susq; deq; habentes, &  
aliis probatis expertisq; Alexiteriis utentes à contagione  
malignà incolumes conservatos fuisse. Quà de causà &  
omni tempore fuerunt inventi prestantissimi quiq; Medici,  
qui ejusmodi venenatorum Amuletorum Arsenicalium ge-  
stationem summopere & impugnarunt & damnarunt;  
quemadmodum videre est apud Th: Erastum in disputat:  
22. Horat: Auger: lib: 3. de Peste cap: 27. Gerard: Columb:  
lib: 2. de feb. Pest: c: 17. Joh: Matthæum in Tract: de feb:  
Pest: Et in Centur: quest: Medic: Alexand: Massar: lib: 2.  
de Peste, Martinum Molierum in Tractatu de Febre Pe-  
stil: Hyppolitum Guarinonium part. 2. lib: de Peste,  
Gratonem in Epist: medic: 168. Herculem Saxoniam in  
libro de Plicà, cap: 52. Joh: Bokelium in tract: de Peste  
cap: 11. Henneman: Reyling in idea Loimode; Gregorium  
Horstium in Decade ultima, quest: 9. &c.

5. Medium, OBSERVATIO sexte-  
rum non naturalium.

Ultimam Præservandi rationem nunc indica?

**H**æc in probi & exactâ, sex Rerum non naturalium  
observatione consistit.

Quæ

Quæ autem sunt illæ sex res non  
naturales ?

1. Aer. 2. Cibus & Potus. 3. Motus & Quies.  
4. Repletio & Inanitio. 5. Somnus & Vigilia. 6. &  
Animi adfectus.

De Aere, primò quid dicitur ?

1. Aer eligendus puriss. ac siccissimus, & si natura ta-  
lis non sit, Arte procurandus. Quamvis autem privatus  
quisq. universalem Aeris constitutionem corrigere neque-  
at, quilibet tamen in adibus suis faciat, quæ poterit. Et si  
fortè Aer humiditate peccaverit, igne lucido tutissimè ex-  
siccabitur: Si verò calidior justo fuerit, omni ratione is  
refrigerandus, & ad mediocritatem revocandus, vel aqua  
frigida fontane, vel Rosacea, aut similitum. Acetiq. ad-  
spersione, vel ventorum Orientalium ac Septentrionalium  
agitatione.

1. Aer

Qualis Cibus atq. Potus eligendus ?

2. Alimenta, quæ adsumuntur, sint boni succi, con-  
coctu facilia, non promptè putrescentia, Contagii mali-  
gnitati resistentia, crassum sanguinem attenuantia, mor-  
tuum ductus aperiens retinentia, & ad cuiusq. tempera-  
mentum, et aetatem consuetudinemq. accommodata. 1. Panis  
igitur ex optimo frumento, nec vetustate, syderatione, ru-  
bigine, corrosione à teredinibus, putredine, marcoreq. cor-  
rupto insuperq. ab omni loto diligenter repurgato, pare-  
tur, 2. Carnes conveniunt non nimis vetula, humida &  
pingues, undè improbantur porcina, ovina, anserina ac  
similes quæ multum excrementitii humoris gignunt.  
Leporina, Cervina, aliæquè ferina carnes moderatè

1. Cibus  
& Potus.

Panis

Carnes

sunt.

Pisces.

sunt usurpanda. Ex volatiliū genere Turdi, Alauda, Galli gallinacei, Gallina Indica, Perdices &c. maximè laudantur. Carnes etiam assa elixis sunt preferenda, cum

minus scateant humiditate excrementitiâ. 3. Piscium genera, quia valdè humectant, & facillè corrumpuntur, non frequenter nimis in cibum veniant. Qui tamen mediocriter conditi sunt, non ponitus sunt improbandi. Omnia enim que Sale condita sunt corpora exsiccant, & putredini adversantur. Sic boni ac laudabilis quoq; succi judicantur Salmones, Lucii, Perca, Funduli, Trutte & Haleces. Mizaldus tradit ex ANTONIO Ludovico, Lampretas, tempore Pestis frequenter comestas innatâ vi contra tam di-

Lac

ram lucem efficaces haberi. 4. Lac & omnia ex lacte parata, pingua item, frixa, oleum atq; oleosa, ut & dulcia nimis, viscosa ac crassa vitanda, quia partim putredini, partim obstructionibus variis causam præbent. Butyrum tamen recens non improbat, quia illud matutino tempore cum pane & momento Salis, comestum, malignitati Aeris magnam facit resistantiam. 5. Ex Fructibus conducunt Mala Citria, Arantia, Limones, Granata, Berberis, Ribes, Cydonia, Pyra, Cappares, Nuces juglandes recentes.

Butyrum

Fructus

Olera ac  
Herba

Olive, Cerasa acida &c. Prosunt etiam Allia, Cape, Sinapi, Raphanus marinus, que non alimentii, sed condimenti loco utiliter usurpantur. 6. Inter Olera & Herbas usu sunt Lactuca, Lutybum, Cichoreum, Portulaca, Endivia, Asparagi, Acetosa, Petroselinum, Borrage, Buglossa &c cum Succo Limon. vel Citrior: vel Aceto, Sale, & Oleo olivarum rec: preparata. In Genere tamen confert cibus

simpli



*simplicior. consuetus, suavior, et si deterior paulò, nisi consuetudo nimis mala sit, que sensim mutanda.*

*Pro Potu quotidiano eligatur Cerevisia probè exacta; lautioris qui sunt fortune, utantur Vino Rhevano, Franco, Neccarino, Alsatico, &c. quibus semper aliquid de succo Cieri vel Limonum permisceant. Summoperè quoq; profunt Vina Absinth: Enulatum, Carduibenedi: Melis: Zedoar: Rosmar: Salvia: & Juniperinum moderatè pota. Dulcia verò exotica, ut sunt Cretica, Hispanica, Italica, Gallica Ungarica, non nisi rarissimè in usum veniant, parçissimèq; saltem gustentur. Spiritus Vini, vel aqua Vita tempore pestilentis constitutionis prorsus noxia habetur, præstaretq; publico Magistratus interdichò, illius usum penitus prohiberi, cum Epar ac sanguinem incendat, humores exurat, & omnis generis periculosas viscerum oppilationes, undè febres, melancholia, Hydrops, Icterus &c. pululant, inferat.*

Potus.

Spiritus  
Vini

### Quomodò motus seu exercitium corporis debet esse comparatum?

3. *Motus moderatus quemadmodum Sanitati adprimè confert, teste Avicennà 3, primi, Doctr: 11. cap. 1. ita ex adverso, limites mediocritatis excedens, magnum adfert corpori nocumentum. Ex immoderato enim exercitio præfertim in Aere & loco impuro instituto. 1. aperiuntur spiracula corporis, undè postea veneno pestifero, facilius ad interiora, via seu ingressus sternitur. 2. per motum vehementiorem quoq; Respiratio incenditur magis seu incitatur, cujus ratione Aer impurior avidius attrahitur, celeri-*

3. Motus.

M

usq;

usq; ad Cor rapitur. 3. ad hanc nimio motu humores omnes a Spiritus agitantur valde, ob quod postea citius quoq; putridi hâc labe insciuntur. Motus itaq; seu exercitium corporis. 1. in ejusmodi loco instituatur, qui sit puriss. proculq; distet ab omni graveolentia, nec prævâ aliquâ qualitate sit affectus aut contaminatus. 2. non statim à prandio vel cœnâ, sed antè postum suscipiatur, sic enim melius valetudini consultitur. Undè Gal: lib: de suc: bonit: cap: 2. scribit, se exercitio antè cibum instituto, prosperam valetudinem in plurimos annos & sibi & aliis conservasse. Idem tempus quoq; adprobat Oribasius lib: 6. Coll: cap: 12. Et lib: 1. synop: cap: 2. It: Aegineta lib: 1: cap: 16. Aetius libro 1. Serm: 1. cap: 2. & Celsus lib: 1. cap: 2. 3. tandem eò usq; producat, donec totius corporis moderata calefactio, citrà omnem fatigationem, ac sudoris, paulò tamen postè detergendi, profusio aliqua sequatur. Hoc enim pacto, meatus Cutis aequaliter aperiuntur, superflua humiditas excernitur, partes omnes robustiores fiunt, totumq; corpus ritè exsiccatur.

Qualis debet esse Somnus & Vigilia?

4. Somnus  
& Vigilia

Sint hæc pro cuiusq; naturâ mediocria, justiq; tempore captata. Somnus enim immoderatus corpus variis excrementis onerat, Caput adgravat, Catbarros generat, excrementorum proventum auget, Sensusq; omnes, ut & reliquas partes corporis ad consueta munia obeunda, planè torpidas reddit. Plus igitur hic vigilandum, quàm dormiendum, quia Vigilie multas superfluitates absumunt, & Vapores discutiunt. Inprimis verò fugiendus Somnus meridians, seu mox à csbo factus, quia is concoctionem impe-

dit.

dit, multosq; ex destillatione morbos infert, Caputq; replet.  
Si tamen nox praterita inquieta fuerit, aut atas vel con-  
suetudo id requirat, paululum in sella, boris 2. ante aut post  
cibum dormire licet.

Quanam in Repletionem observanda?

5. Repletio corporis si adsit, tunc illa vel vena sectione, vel purgatione auferenda. Vena sectionem quod attinet, ea tunc locum habet, quando corpus nimiam sanguinis abundantiam premitur, vel si ob aliquod forsam impedimentum, Sanguinem mittere minus liceat, in eo casu Cucurbitula cum scarificatione, phlebotomia vicem suppleant. Purgatio vero instituenda in Cacoehymia, quando scilicet corpus variis excrementitiis succis & ichoribus scatet atq; refertum est. Hoc tamen observandum circa purgantium electionem, ne nimis validis dejectoris pharmacis corpus turbemus ac moveamus, ut potest quibus internorum viscerum virtus, teste Gal: comm: 2. de vict: acut: rex: 12. ina enervatur ac dissolvitur, ut postea quilibet superfluitates liberius admittat; sed potius blandis, mitibus, benignis ac natura familiaribus vacationem moliamur, qua autem illa sint aut esse debeant, supra indicatum fuit.

5. Repletio & In-  
nitio.

Animi tandem adfectus quomodo  
regendi?

6. Animi pathemata quod attinet, abstinendum ab omnibus gravioribus curis & sollicitudinibus & cogitationes inrentes, praesertim de ipsa Peste, abigenda, ne maligni ac-

6. Animi  
& sect: 15.

ris impressionem fortè inferant. Moeror ac maestitia, cum Cor, ejusq; calorem insitum ac Spiritum opprimant, idcirco longè abigenda & removenda, ac potius jucundis rebus, ut sunt, suavis cum amicis confabulationibus, Musicisq; instrumentis opera danda: item Scriptura sacra, & Historiarum amans lectionibus, animus reficiendus & oblectandus. Ira etiam coercenda, nec freni illi nimiooperè laxandi, siquidem ea humores ac spiritus excalesciens, agitans & conturbans, ad seminarium Pestis eò citius suscipiendum illos preparat ac disponit. Econtrà verò moderatè gaudendum, quia letitia, mediocritatis limites non excedens, Spiritus omnes vegetat, atq; excitat, calorem nativum instaurat, ac fuliginosos Cordis vapores dissipat. Undè Thaletem Cretensem excitatà letitià per suavem Musica Harmoniam, à corporibus Pestem fugare solitum fuisse, Pausanias & Plutarchus nec non Leonhardus Vairus lib:2. de Fascino cap:11. memoria prodiderunt.

## PARS. III.

Continens *Θεραπείαν* seu Curationem Pestis.

### DISTINCTIO I.

Estne Pestiferà Lue infectis Vena secunda?

**M**inimè, idq; ob sequentes Rationes gravissimas.  
1. Quia Venenum Pestilens, non nisi remediis Bezoardicis oppugnandum, & è corpore ejiciendum,

inter

An Vena  
secunda  
este infectis  
Ratio 1.  
negativa

inter quæ pblebotomia planè nullum locum habet. 2. quia nec aliorum Venenorum curatio indicat aut postulat Venæ sectionem. 3. quia difficile, imò impossibile, Venenum pestilens, tamquam astrale ac spirituale, circa Cor hærens, per sectam Venam è corporis centro, ad æteri Pægia evocare, & ita quasi foràs trahere. 4. quia ejusmodi sanguinis profusione, quantumvis parca, simul vitales Spiritus egrediuntur, sicq; Vires summopere debilitantur, ut morbo tam atroci sustinendo, imposterum pares esse nequeant. 5. quia sæpè ejusmodi Venæ incisione, spontanei ac salutare motus natura, venenum istud vel per sudorem, vel vomitum, vel alias vias excutere conantis præpediuntur ac disturbantur. 6. quia cum commotione & agitatione Sanguinis, aliorumq; humorum per Venæ sectionem facta, simul quoq; Venenum pestilens, antea quietè quasi in corpore delitescens, agitur, citiusq; ad Cor rapitur, Spiritibusq; vitalibus permiscetur. 7. Quia in locum vacuati Sanguinis protinus Venenum idsum attrahitur in Venas vacuas. 8. quia Pustule, Bubones & Carbunculi Pestilenciales per palindromen Venæ sectâ, ad interiora revocantur. 9. quia experientia quampluries testatum fecit, plerosq; omnes, quibus secta fuerit Vena, morti mancipatos fuisse, cui quidem quæ fidem habere renuit, is cum ratione insanit. Unde Guinth: Andernacus lib: de Peste scribit, Venæ sectionem suo tempore Parisius, dum Pestis grassaretur, magnum damnum dedisse, extinctis is omnibus qui eam adhibuere. Et Paræus cap: 24. lib: de Peste, testatur, se Anno Christi 1565. sedulo observasse, omnes Peste correptos quibus sanguis detractus fuerat, deterius inde habuisse, tam de mō, interuisse.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

8.

9.

Et Fallopius adnotavit, omnes, quibus Anno Christi 1524. & 1530. Vena sectionem admiserunt, mortem oppetiisse. Ita Gulielm. Fabrici; lib: 4. Observ: 22. tradit, in Peste. Lausanensi, omnes ferè quibus secta fuerit Vena interuisse. Quod idem quoq; confirmant Petrus Salius cap: 21. de febr: Pestil: Roder: Fonseca de Sanit: tuendâ cap: 2. Palmar: lib: de Peste cap: 23. Forestus, lib 6. Obs 9. Salustius Salvianus lib: 1. var: Lect: Andreas Chioccus, in quest: de febr: malign: cap: 3. Cardanus lib 2. contrad: medic: tract: 4.

Purgatio  
nim con-  
veniat in  
Peste.

### Convenitnè Purgatio in Peste?

Quemadmodum Vena sectio, ita & Purgatio inutiliter planè in Morbi hujus principio aut ejus statu instituitur, & proin cum plus noxa ac detrimenti, quam emolumenti aut juvamenti inde expectandum sit, idcirco illa merito improbanda videtur.

### Cur autem plus damni inde exspectandum?

Rationes  
negantes

- 1.
- 2.
- 3.

1. Quia causa peccans pestifera, in malignâ qualitate consistit. Cordi & calori insito, totâ substantiâ insensa, que propriè non purgantibus, sed potiùs Alexipharmacis a verruncanda, domanda atq; vincenda. 2. quia Purgantia ob caliditatem suam, quâ prædita sunt, magis augent, intendunt atq; exasperant febrile incendium, Pesti conjunctum. 3. quia purgantia pestilentem perniciem Cordi ac Spiritibus insertam, illincq; ad corporis ambitum, naturæ

impe-

impetu contendente exagitant, confundunt, & ad præcordia, maximo nature damno revocant ac revellunt. 4. quia summa virium imbecillitas in hoc morbo neutiquam evacuationem per elective purgantia institutam perfert ac sustinet. 5. quia Peste correptis, ut plurimum spontanea diarrhœa aut dysentericus alvi fluxus supervenit, qui purgantium exhibitione magis inrudesceret, omnesq; Vi- res repente exsolveret. 6. quia plurima cathartica, non modo Venenis non obluantur, sed etiam venenata ac malefica vi prædita sunt, quæ corporis vim ac robur par- tium dissolvunt. 7. quia Experientia sæpe comprobavit, infeliciter admodum cessisse usum pharmacorum purgan- tium in Peste, ut testantur Joh: Sarracenus lib. de Peste. Ambros. Paræus cap. 24. de Peste, Forest. lib. 6. de febr. Obs. & Palmar. cap. 23. 8. quia multi excellentiss. Me- dici, ejusmodi Purgationes cum summo noxius ac pernicio- sas damnant ac rejiciunt, ut sunt Petrus Salius loco cit. cap. 22. Vallariola cap. 2. in adpend. Loc. com. Massaria lib. 2. de Peste. Gregorius Horstius decade 10. Problem. 1. Cardan. lib. 2. contrad. tract. 5. contrad. 3. Palmar. cap. 23. Johan. Bokelius. 2. parte. sui Regiminis Pestilen- cap. 9. Andreas Lagnerus Parte 2. sui Promptuar. Aloy- sius Mundella, Epist. medic. 16. Mart. Pansa 4. par- te Pract. cap. 54. Petrus de Stilla in manuali Cbirurg. cap. Tract. Part. 2. Iohannes Villarius libro 2. cap. 10. Martinus Mollerus in tractatu suo, distinet. 3. Petrus Forestus, lib. 6. observat. suar. & alii plures.

4.

5.

6.

7.

8.

## DISTINCTIO II.

## Qua Methodo Pestis curanda?

**C**um in Peste seu pestilentibus Febris peculiari occultoq; veneno Cor graviter oppugnetur, nullaq; Pestis unquam sine malignitate aut detur aut reperitur, idcirco omni ingenio, omnibusq; viribus evitendum, ut venenata ista qualitas quantocyus, nulla vel minima interposita morâ aut cunctatione, è corpore ejiciatur atq; expellatur, id quod nullâ re convenientius, quàm Sudoris profusione, per specifica quadam Alexipharmaca excitata, exsequi ac perficere licet.

## Clarius hæc explica?

Methodus  
curativa  
Pestis.

Enema e-  
molliens

Elixir pe-  
stilens  
Crollii

Primo igitur omnium, si quis Peste se correptum sentiat, (id quod ex supra traditis Signis proclive admodum erit cognoscere) tunc post fusas prius ad Deum Opt: Max: devotas ac religiosas preces, quando Alvus ei sit adstricta aut obstructa, protinus Suppositorio aliquo illam sollicitet, vel hoc aut simile aliquod Enema ad ventris laxationem, sibi injici curet: R. Rad: Alth: & Lil: aa: ʒi. Rad: Angel: ʒʒ. Flor: Chamom: & Melil: Herb: Scabios: ac Parietar: an: Mi. Veron: Flor: Centaur: min: & Persic: an: Pi. Sem: lini & fœnug: an ʒʒ. Sem: Melon: Cucum: an ʒij. Prun: Damasc: No: v. Incisa prius coq: omnia in aq: com: pro ʒxii. In colat: dissol: Tripheræ Pers: ʒi. El: lenit: ʒiij. Ol: Viol: ʒv. Lap: Prunel: ʒij. Miscè fiat Clyster. Alvo subducto, nec febrili incendio nimio perè flagrante, è vestigio ad sudoris elicium, Elixiris Pestil:

Crollij



Crolli, ( cuius descriptionem seq: Libro dabimus ) ꝑi vel  
 ꝑij pro etatis ratione, cum ꝑss Acet: Rosac: egrotanti dentur.  
 Quam admirandas exim operationes, medicamentum istud  
 perficiat, in edomandâ exstinguendâq; huius veneni mali-  
 gnitate, presertim si mox ab initio, quo eger se infectum  
 esse suspicetur, propinetur, nos semel atq; iterum observa-  
 vimus. Vel si Elixir istud ad manum non sit, ejus loco, ad  
 ciendum sudorem, offerantur Gr: 12. 15. vel plura Florum  
 alborum fixorum Antimonii: Vel G. 5. 7. & c. Bezoardi-  
 ci Mineralis Quercetani, cum Conservâ Ros: Borrâg: vel  
 Acetosa. Egregie etiam Sudorem non solum prolicit, sed  
 & efficacissimè omnem Veneni Pestiferi perniciosam qua-  
 litatem obtundit & proffigat, putrediniq; interna resistit,  
 sequens Acetum Bezoardicum, cujus ꝑss vel ꝑij exhiben-  
 tur: R. Aceti Vini opt: ꝑss. Huic infunde Rad: Tor-  
 ment: Angel: Zedoar: Gentian: Scorzonet: & Valerian  
 ꝑss. Fol: sic: Scordii & Rutæ an Mi. Meliss: Fl: Ros: an Pi.  
 Cort: Citri sic: ꝑvi. Bact: Junip: ꝑi. Cinam: ꝑii. Croci  
 ꝑi. Camph: ꝑi. Stentita Vitro clauso, quotidie id agi-  
 tando, tandem expressâ materiâ infusâ, Acetum per  
 chartam optimè filtretur, usuiq; prædicto reseruetur.  
 Expertissimus etiam est in Peste sequens Spiritus Theria-  
 calis, ꝑss vel ꝑij dosi cum haustulo Ag: Carduib: vel Aceto-  
 sa propinatus, pestiferè febricitantibus, admiraculum e-  
 nim sudorem pellit, ac seminarium Venenatum, in totum  
 dissicit ac dissipat. R. Ther: vet: ꝑv. Myrrhæ rub. ꝑss.  
 Croci ꝑss. Spir: Vini ꝑx. Indita omnia Cucurbitæ Vi-  
 treæ, lento B. calore destill: Siquis verò magis delecte-  
 tur Aquâ aliquâ Theriacali compositâ, ex iis, quæ 2 lib: Sect:

Flores An-  
 timonii  
 diaphor:  
 Bezoardi-  
 cum Mine-  
 rale

Acetum  
 Bezoardi-  
 cum

Spiritus  
 Theriac-  
 alis

Duo alia  
remedia

5. hujus Antidotarii tradentur. ℥i. Vel ℥iſſ. Vel per se, vel cum aliquo convenienti liquore, cum fructu capere potest. Pauperes, Theriaca aut Mithrid: vel Electuar: de Ovo ℥ſſ. ℥ii. Vel ℥i. cum Salis Absinth: aut Carduib: deglusive, aut in aq: Rutæ, Carduib: Acetof: dissol: ebibere possunt. Anonnullis quoq; supra modum sequentia 2. Remedia, mihi olim à docto quodam Medico communicata, in Peste commendantur ita ut si mox ab initio sumantur, insectorum nemo moriatur. 1. R. Aquæ Vitæ vel Theriacalis ℥i aut ℥vi. Croci ad quantitatem Ciceris, Camphoræ ℥ſſ. Misce. Insecto adulto propinetur totum; Juniori vero dimidium, superbibere potest parum Aq: Carduib. Sequitur inde sudor, quo absterſo, sequentibus Aquis ad satietatem reficiendus eger. R. Aquæ Carduib: Buglof: Endiv: Acetof: an: ℥v. Spir: Vitrioli ℥ſſ. Magisterii Coral: & Perl: an ℥i. Syr: Acetof: Citri ℥iij. Misce. 2. Alterum. R. Theriacæ Androm: vet: ℥ii vel ℥i. Florum Sulph: ℥i. Camph: Gr: xv. Misce. Detur totum insecto, expectando inde sudorem.

### DISTINCTIO III.

Quæ verò in Sudore aut circa medicamenta Sudorifera observanda?

Cautiones  
observan-  
de.

I.

**O**bservandum. 1. Sudorifera eadem non omnibus naturis conferre, sed aliis alia. Tempore enim æstivo, & in cholericis, atq; iis, qui nimis malignè febricitant, excessivè calida diaphoretica plus obsunt quam profunt, cum Sanguis & Spiritus inde magis accendantur, æstusq; febrilis reddatur magis intensus. Pro cuiusq; itaq; tempe

*temperamento, vel anni tempore varianda sunt ejusmodi sudorifera medicamenta.*

2. Ne sudor pro unâ vice, ultra 2. vel 3. horas protrahatur, ob metum Virium collabentium. 2.

3. Ne patiens arbitretur, si semel tantum vel bis suda verit, se jam omne evasisse periculum, inq. portu navigare, totaq. Veneni malignitate jam à Corde repulsâ, nunc pessum visisse; sed necesse esse, ut primis diebus morbi, ad minimum bis vel ter in die ad sudandum se componat, nisi vitæ naufragium incurrere velit. 3.

4. Ne si forsan ab initio (ut interdum fieri solet) Antidota per Vomitum rejiciat, illico desperet, sed secundâ & tertîâ, si opus fuerit, vice, eorundem sumptionem repetat. 4.

5. Ne ager ab absumpto Sudorifero, statim somno indulgeat, sed hunc si fortè obrepat, ceu summè noxium ac perniciosum, omni ingenio à se excutiat; verendum enim ne somni dulcedine delimitus, in letbalem soporem incidat. 5.

6. Ne sudore jam erumpente, relecto lecto, corpus nudum Aeri frigido, à quo periculum regressus veneni ad interiora objiciat, sed linteis siccis, sudorem manantem undiq. bonè abstergat. 6.

7. Ne, si ab epoto Antidoto, statim corpus sudore madescere non viderit, animum despondeat, sed illum, fortioris alicujus diaphoretici usurpatione, aut aliorum externorum auxiliorum administratione promovère studeat. 7.

## Quid à peracto Sudore agendum?

A sudore  
reficiendis  
eger

Julapium  
restaurans  
suave

Aqua Car-  
liaca ex-  
cellens,

*Quoties eger Sudori strenuam dederit operam, tunc Vires à sudore nonnihil collapsæ ac debilitatæ, celeriter iterum sunt restauranda, quo pares esse queant, morbo tam gravi ac periculoso perferendo, quia, ut modò dictum, Veneni Pestiferi pernitiōsa qualitas, unius tantum sudoris proleccatione minimè profligatur. Convenit igitur, ut agro semel atq; iterum, hoc Julapium restaurans, suave admodum & gustui valdè gratum propinetur: R. Aq; Carduib: Scabios: Acetos: Borragna ꝑiij. In quibus ebulliant unicâ vel alterâ ebullit: Conterv: Ros: Conf: flor: Tunicæ, Acetosæ & Scordii ana ꝑvi. Decoctum sensim refrigescat, postea coletur & clarificetur. Cui adde Aq; Capon: destill: ꝑv. Aq; Ros: fragrantis: ꝑss. Aq; Cinam ꝑvi. Extr: Gran: Junip: ꝑiij. Extr: Santali ꝑij. Extr: Croci ꝑi. Syr: acetos: Citri, Syr: de flor: Tunic: & Syr: Granat: an: ꝑii, Syr: de Borrage: ꝑi. Magisterii Perlar: & Corall: an: ꝑii. Spiritus Vitrioli q. s. ad suavem aciditatem. Mixta denuò colentur per chartam, donec fiat Julapium limpidiss: quod servandum usui, Vel loco Julapii, patiens curet sibi preparari banc Aquam Cardiacam, excellentem admodum ac miræ Virtutis in reficiendis Viribus: R. Aquæ Flot: Citri, Aq; Ros: Borrage: Buglos: Carduib: & Acetos: an: ꝑiii. Aceti Ros: percolati ꝑii. Vini Granat: aut Cydon: ꝑvi. Syr: Acetos: Citri ꝑii. Julapii Rosac: ꝑss. Spiritus Melissæ & Carduibened: an: ꝑss. Confect: Alchem: ꝑi. Extr: Croci Gr: xv. Salis Perlarum ꝑii. Misce. Dosis cochlearia 3. pro vice.*

*Habet.*

Habet etiam insignem facultatem instaurandi vires pro-  
 stratas, sequens Conditum, de quo per intervalla, ad nucus  
 juglandis magnitudinem eger capiat, subinde haustulum  
 Aq: Carduib: superbibendo; R. Conf: Ros: ʒi. Acetof: &  
 Borrag: an: ʒvi. Cort: Citri condit: ʒi. Ribium condit:  
 ʒʒ. Confect: Alchem: ʒi. Pulv: Cord: officin: ʒi. Magi-  
 ster: Perl: & Corall: an. ʒʒ. Magisterii Cornu Cerv: ʒii.  
 Spet: Diamarg: frig: & Diamoschi dulc: an: ʒi. Lap: Be-  
 zoar: Ver: G: xv. Ambra ʒʒ. Syr: de Acetof: Citri, & Spir:  
 Vitrioli q. s. Misce, Fiat Conditum. Elegans quoq; &  
 rarum hoc est, quo locupletiores, ad virium restauratio-  
 nem, toto morbi decursu, frequenter uti possunt. R. Tra-  
 gacanthi albifs: ʒiiii. Infunde in ʒxii. Aq: Ros: fra-  
 grantifs: Coq: leniter super prunas, quo usq; inspisse-  
 tur, instar Gelatinæ: In fine decoctionis adde Confect:  
 Alchem: ʒiiii. Magisterii Perlar: & Corallior: an:  
 ʒi. Ol: Cinam: G. 7. Ol: still: Cort: Citr: G. 4. Ambra  
 gryf: Gr: 6. Moschi G. 2. Spir: Rosar: odoratifs: ʒi. Mi-  
 sce, coagulentur invicem instar Gelatinæ. Detur in  
 vitro pellucido. De hac Gelatinâ paucillum egrotanti præ-  
 beatur repetitis vicibus. Huc etiam refertur Oleum seu  
 Q. E. Pclarum, à nobis in lib: 3. cap: 11. Catoptri nostri  
 Pestil: descripta. Item Aurum potabile, quod ad miraculum  
 Vires instaurandi, facultate pollet.

Nihilné amplius hic molendum?

Imò præter jam dicta, externis quoq; auxiliis Cordi  
 subveniendum, eiq; robur adflandum, ac Spiritus, sudore  
 nonnihil languidiores facti, post liminò revocandi, ut in-  
 staurandi. In quem finem, primò maxime, erit ex usû,

Conditum  
 restaurans  
 vires effi-  
 cax valde

Gelatina  
 restaurat:  
 excellens

Q. Essentia  
 Perlar:  
 Aurum po-  
 tabile

Externa  
 corbo-  
 rantia.

egrotanti medullam Panis Triticeï rec. Vino Malvat: intin-  
ctam, vel aquâ aut Spiritu Rosar. imbutam, naribus ad o-  
dorandum obficere, vel loco ejus hunc Nodulum: R. Cort:  
Citr: sic: ʒiʒ. Cinam: Caryoph: an. ʒi. flor: ros: ʒiii. Ma-  
cis, Zedoar: an ʒʒ Majoran: sic: Styr. cal: an. ʒi. Camph:  
Gr: 4. Contusa minutim ligentur in nodulo ex Syn-  
done, qui vel vino generoso, vel aceto ros: aut aq: ros:  
& Cinam: imbutus, subindè naribus adplicetur. *Dein-  
dè sequens Sacculus, Vino generoso prius humectatus, post  
expressus, tepidèq; Cordis regioni admotus, illius calorem  
naturalem admodum refocillat.* R. Herb: Melif: Fl: ros:  
Borrag: & Tunic: an ʒii. Ocymi, Major: an ʒiʒ. Flor:  
Anth: Cinam: Macis an ʒi. Rad: Angel: ʒiii. Cort: Citri  
ʒii. Sant: citr: ʒʒ. Croci ʒi. Camph: ʒʒ. Spetier: Diam-  
bræ & Diamoschi an. ʒi. Incisa minutim omnia inclu-  
dantur Sacculo raro: *Nobile quoq; Epithema hoc.* R. Aq:  
Ros: Melif: Borrag: an: ʒiii. Vini generosi, seu Malvat:  
Succi Limon: an: ʒii. Aceti Ros: ʒiʒ. Extr: Croci disso-  
luti ʒi. Camph: ʒi. Lap: Prunel: ʒʒ. Miscæ. *Huic Aqua  
infunde seq. nodulum.* R. Cort: Citri ʒiʒ. Ocymi & Ma-  
joran: sic: an: ʒiʒ. Flor: Anthos, Melif: Lavend: an ʒi.  
Cinam: Caryoph: Macis an ʒii. Rad: Angel: Comar: Ru-  
tæ an. ʒʒ. Spicæ Indicæ ʒʒ. Ex his tuis vel incisis fiat  
nodulus, qui per h. 8 vel 10. maceratus in supradictis a-  
quis, exprimatur fortiter. Hoc liquore, linteum molle dupli-  
catum imbuatur, & leviter expressum, Cordi semel atq; ite-  
rum tepidè admoveatur. *Vel Cordis regio, itemq; naves &  
pulsus arteriarum, unguantur tali Balsamo seu Linimento*  
R. Extr: Gran: Junip: ʒi. Extr: Rutæ & Angel: an ʒʒ  
Confect: Alch: ʒi. Ol: Nuc: mosch: per express: ʒi. 1

still-

still. Citr.  $\mathfrak{ss}$ . Ol. still. Ocym. G. 5. Ol. Cinam. G. 3. Mo-  
seli & Ambræ an Gr. 2. Misce pro Linimento molli.

## DISTINCTIO IV.

Quomodo æger cibandus?

**C**UM vires in hoc morbo semper langueant, ac pro-  
strata jaceant, idcirco ad eas iterum erigendas non  
tantum sufficit medicamentorum quorundam cum  
foris, tum intus adhibitorum usus; verum etiam bona vi-  
tus ratio in super ad hoc requiritur. Pro conservatione i-  
taq; & augmento virium indicantur hic τὰ πολὺ ἰσοφα, καὶ  
ἰσχυρὰ. simul verò εὐχρηστὰ καὶ ἐπιπέπτα, Spiritus plenè,  
facile, cito, sine multis excrementis restituentia, qualia  
sunt ex pullorum gallinarum, caponum, perdicum, avicu-  
larum montanarum, Attagenarum, & similibus carnibus,  
juscula, vel potius succi ex hisce carnibus contasis & eliqua-  
tis expressi vel destillati, ex hisq; paratæ Gelatina. Inter ce-  
tera autem Restaurativa, primas merito sibi vendicare vi-  
detur hoc sequens. R. Caponem benè nutritum, &  
visceribus, pinguidine, pedibus, collo, & extremis alis  
spoliatum, Item Carnis Perdicum  $\mathfrak{z}$ iiii. Carnis Vitu-  
linæ  $\mathfrak{lb}$ i. Scinde in minutas partes, & Cucurbitæ Vi-  
træ impone cum expressis succis Limon. Borrage.  
Melis. Scabios. & Calend. an  $\mathfrak{z}$ iii. addendo simul Ci-  
nam. & Macis an  $\mathfrak{z}$ ss. Flor. Tunicar. & Borrage. an  $\mathfrak{z}$ i.  
Clauso Vitro, in B. M. per 6. vel 8. dies retine. Postea  
cola & per linteum exprime, addendo Gelatinæ Cy-  
don. transpar. Gelatinæ Citr. an  $\mathfrak{z}$ ii. Gelatinæ Pomor.  
redol.  $\mathfrak{z}$ i. Syr. Viol.  $\mathfrak{z}$ ss. Syr. Acetos. Citri  $\mathfrak{z}$ i. Aq. Cinam.  
 $\mathfrak{z}$ ss. Spir. Rosar.  $\mathfrak{z}$ iiii. Misce. De quo patienti, 1. 2. 3. & c. co-  
chlearia pro ratione ætatis, subindè exhibe. singulis vicibus

Quomodo  
æger ci-  
bandus,

Restaura-  
tivum ei-  
gretium.

admis-

admiscendo Magisterii Perlar: Gr. 4. 6. vel 8. Porro sapiusculè in die cibus agro præbendus, quia vi veneni Spirituum copia valdè atteritur, parcè tamen, ut nimirum vires illius instaurentur ac conseruentur, non verò nimia alimentorum multitudine obruantur. Itaq; cibus semper aliquid Bezoardici permiscendum, ut sunt Succi Citr: Limon: Granat: Arant: Acetum rosac: vel flor: Tunic: Bacca Junip: Corall: præp: Bolus Armen: Cornu Cervi ustum, Pimpinell: Sem. Citri & id genus alia. A Pastu quoq; subindè egrotus nonnihil Carnium Cydon condit. vel Cerasi acid. cond. aut Ribium condit: gustet, quia hæc non solum adpetentiam acuunt, stim, caloremq; præternaturalem extinguunt, sed & internæ putredini valdè resistunt, ac malignam qualitatem opprimunt. Potum quod attrinet, primis diebus, ob Febris maligna præsentiam, à Vitis abstineant infecti, solaq; Cerevisiâ sint contenti, vel ejus loco bibant Aquam Hordei, cui Cerasa acida, vel Tamarindi, aut Acetosa, Berberis & c. cum Cort: Citri, ac Passulis incocta fuerint, addendo in fine suavioris gustus gratiâ aliquid Fulepi Ros. vel Succi Granat. aut Syr. Acetof. Citri. Egregiarum quoq; Virium est hic potus frequenter haustus: R. Cornu Cervi ustri ꝑii. Coq; in Aq: Acetosæ & Carduib. an. ℞ii. Decoctum coletur. Cui adde Succo Limon: depur: ꝑiii. Spir. Vitrioli ꝑß. Misce. Dosis, cyathus unus. Si verò Sitis agrum nimis urgeat, de hoc Fulepo refrigerante & humectante, haustulum per intervalla sumat. R. Aquæ fontanæ claræ ℞viii. Syr: Viol. ꝑß. Syr: Acetof. Citri ꝑii. Spir. Vitrioli ꝑi. Transvasando hinc indè, F. Julapium. Suave est, & naturalem

M. sti



*Mulsi, seu Vini recentis, calorem & saporem emulatur. Instante verò imbecillitate majori, vel etiam adparentibus Concoctionis signis, tunc Vinum odoratum, temperatum tamen vel Succo Citriorum, vel Aquâ Borrag: aut Acetosa exhibendum.*

## DISTINCTIO V.

Bubones in Peste erumpentes quomodo curandi?

Bubonum curatio.

**P**rimò erumpentibus vel circa aigina, vel aliis in locis Bubonibus, eorum curatio auspicienda à mollientibus & relaxantibus. In quem finem competunt vel fottus ex decoct: alb: lil: Chamom: Meliti scabios: Sem: lini & fœnugr: &c. Horum enim perenni evaporatione, Spiritus Venenatus liberius effluit: Item Linimenta ex pinguedine gallinae, anatis, anseris, mucil: Sem: lini, alb: malva, fœnugr: & Ol: lil: Viol: amygd: dulc: adbibita. Cute sic factis emollitâ ac dilatâ ad majorem veneni attractionem imponendum postea Cataplasma ex Cepis ac Theriacâ invicem tussis mixtisq; vel ex fermento, fol: Ruta ac Scord: virid: nec non sicubus ex Sale unâ contussis confectum. Gulielmus Fabritius Centur: 1. Epist: medic: 96. valde predicat sequens Emplastrum, quo se usum in attrahendo Veneno Pestifero scribit: R. Pulveris Bufonis exsiccati ℥i. Fermenti acris ℥iiii. Theriacæ ℥i. Fol: Rutæ virid: Mi. Omnia in mortario cum s. q. Mellis commisceantur, & Buboni pestilenti, bis aut ter in die adplicentur. Attracto sufficienter veneno ad corporis superficiem, hoc suppurans Empl: Buboni imponatur: R. Empl: Dia-

O chyli

chyli & de Melil: an ʒiii. Dialth: ʒiʒ. Farin: Tritic: ʒʒ.  
 Mellis ʒii. Ol: Scorp: ʒiʒ. M. fiat Emplastrum. *Vel; R.*  
 Caricar: pingui: No: 6. Rad: Alth: & lil: an. ʒʒ. Farin:  
 Sem: Lini & fœnugr: an ʒiii. Pulv: flor: Chamom: &  
 Melil: an ʒi. Ammon: in Aceto dissol: ʒʒ. Ol: Lili: alb: &  
 Scorp: an ʒʒ. Pingued: Gallin: ʒiii. Butyri Majal: non  
 saliti q. s. Misce pro Emplastro. *Cujus portio aliqua su-  
 pra pannum lineum extensa, calidè Buboni imponatur, re-  
 novando ad minimum bis vel ter in die. Maturato, ru-  
 ptog; Bubone, Ulcus decoctione rad: Ireos, & Aristot: herb:  
 Absinth: Centaur: Myrrha & c. in Vino, vel Balsami Sulph:  
 impositione, abstergendum, tandemq; regenerat à novà car-  
 ne, Cicatrice inducendum, cavendo tamen prapropetram ejus  
 occlusionem, qua omnia, diligens ac peritus Chirurgus, ad  
 ejusmodi Ulcerum malignorum curam adhibitus, pro ratio-  
 ne muneris sui ritè ac fideliter exsequitur.*

Quæ tandem Cura Carbunculis  
 adhibenda?

Cura Car-  
 bunculo-  
 rum.

*Anthrax seu Carbunculus citò disrumpendus, tardè  
 verè consolidandus. Rumpitur autem impositione sequen-  
 tis Cataplasmatidis, ut potè quo tetro impacta materia vene-  
 nata a vaporibus, liber datur egressus. R. Fermenti acris ʒʒ,  
 Ficum No: 3, Cepam sub cineribus assatam No: i. Al-  
 lii sub cineribus tostis ʒiʒ. Fimi columbini ʒii. Theriac  
 Mithrid: ana ʒi. Sinap: ʒiiij. Croci ʒi. Saponis veneti  
 ʒiʒ. Butyri rec: ʒʒ. Ol: Myrrhæ ʒiʒ. Misce pro Catapl:  
 Quidam Herbam Paradis quinquies in die imponunt: Vel  
 Scabiosam contusam, aut rad: ac folia Aronis. It rad: Con-*

*sol: ʒʒ*

sol: major: contusam superligant, addito pulvere Scordii.  
 Alii sumunt Vitellum ovi, Sal, & parum Croci ac pulv: Scabi-  
 ois: & mixta hæc invicem imponunt, renovando singulis  
 horis. Sunt etiam, qui Empl: de Milil: vel Diachylum impo-  
 nunt, verum quia hæc visciditate sua poros obstruendo, ve-  
 nensatis exhalationis egressum remorentur, idcirco horum  
 usus non admodum tutus videtur. Barthol: Carrichte-  
 rus tradit, Emplastrum ex Ficibus & Fructibus Alkeken-  
 gi unâ contusis, impositum Carbunculo omnem ejus mali-  
 gnitatem, Magneticâ vi evocare, attrahere, & in se absor-  
 bere. Aperto seu rupto Anthrace, suppuratorium hoc un-  
 guentum applicetur. R. Vitel: ovor: Noii: Terebinth:  
 ℥ss. Butyr: rec: Ol: Hyperic: an ℥iij. Balsami Sulphuris  
 ℥ii. Agitentur invicem, & reducantur in formam  
 Unguenti. Ulcus verò Emplastro Basiliconis contegen-  
 dum. Partibus verò circum jacentibus (non verò ipsi An-  
 thraci) illinatur hoc defensivum: R. Minii ℥ss. Aceti  
 Sambucini ℥iij. Infunde in B. M. per horas 6. dein-  
 cola per chartam, & adde Olei Sambucini, & Ol: Ros:  
 an ℥iij. Boli Armeni ℥ii. Santali rubri ℥i. Croci Gr: s.  
 Misce in mortario plumbeo ad Unguenti confi-  
 stentiam.

Et hæc sit Finis primi Libri. Qui plura de na-  
 turâ Pestis, ejusq; cum Præservatione, tum Curatio-  
 ne cognoscere cupit, is tum aliorum Autorum scri-  
 pta, tum nostrum imprimis *Catoptrum* *Acquoddes* ante  
 sexennium editum, perlegat, in quo hæc omnia fusiùs  
 & accuratius tradita inveniet.

&c.



# LIBER II.

ANTIDOTARII PESTI-  
LENTIALIS.

## SECTIO I.

Exhibens præcipua Medicamenta Simplicia,  
è VEGETABIL: ANIMAL: & MINERA-  
LIUM Classe desumpta, Pestilenti Ve-  
neno adversantia.

### DISTINCTIO I.

SIMPLICIA VEGETABILIA.

#### I. ANGELICA.

**R**uellius lib: 3. Stirp: cap: 52. *Angelica*  
I. *Pestilentia populariter savientis arceat*  
*contagia, corpora à Lue pestiferâ vindicat,*  
*si tantum, ut adfirmant, in ore teneatur, per hyemem, Ciceris*  
*magnitudinem cum Vino, per æstatem, ex Aqua Ros: sum-*  
*pisse satis sit, nec sensurum eâ die contagionem pollicentur,*  
*quâ quit decora verit, nam & sudore venenum abigit. 2.*  
Matthioli com: in lib: 4. Diosc: cap: III. *Angelica ra-*  
*dicis ʒʒ cum ʒi. Theriaca ex sui ipsius aquâ datur iis, qui*  
*Peste*

Peste laborant, & deinde sudare coguntur, repetiturq; eodem modo post 7. horas, aliqui enim hoc tantum Antidoto sanati sunt. 3. Henricus Dobbin in lib: de Peste. Angelica tempore Pestis frequenter usurpari debet, quia mirificè opitulatur & adversatur Venenis, imprimis verò Pesti, quam arcet hausta & frequenter commansa. 4. Johan: Crato in tract: de Peste. Tempore Pestis cum foras prodeundum, Angelico aceto macerata, in ore gestetur. 5. Tragus lib: 1. Stirp: Rad: Angel: pulv: ʒi. cum aq: ejus destill: sumatur, à Peste correpto, & liberationem à sudore prolecto sentiet, Radix & hac aceto macerata & in ore detenta, preservat à Lue pestifera corpus. 6. Joubertus in tract: de Peste cap: 18. Radix Angel: hodie in maximo habetur pretio contra Pestem. 7. Fumanellus lib: de Peste cap: 5. Angelica radix ac semen Pestis arcere contagia, etiam ore detenta, Hyeme autem datur ʒi cum vino, æstate verò cum aq: Ros: 8. Lonicerus in Histor: Stirp: parte 2. cap: 302. Adversus pestilentem Aerem, radix Angel: aceto imbuta, & naribus admota, aut quandoq; jejuno pota, plurimum valet. 9. Langius lib: 2. Epist: 27. Inter simplicia, qua qualitate aut tota substantia exitiali Pestis veneno repugnant, est radix Angelica. 10. Alex: Bened: in observ: de Peste. Inter reliqua, qua nos à Peste preservant, sunt radices Angel: quarum pulvis à ʒβ ad ʒi manè sumitur, hyeme cum vino odorato, æstate cum Syr: Acc: Citri, aut Granator: 11. Petrus Droettus in lib: de Peste. Quibus incumbit Peste correptos invisere, iisq; mederi, priusquam se Aeri Pestilenti committant, masticent Angelicam. 12. Tabernæmontani lib: 1. sect: 3. cap: 12.

*Radix Angel: insigne præservativum ac curativum Pestis existit. 13. Tarquinius Schnellenbergus, in tract: de herbis antipest: cap: 11. Si quis infectus sit Peste, sumat ʒss rad: Angel: cum ʒi. Tberiacæ, & ʒ. cochlear: Aq: Angel: in q̄ lectum se componat ac sudet, & sic procul dubio sanabitur. 14. Mich: Neander 1. Parte phyl: Angelica radix Pestem arcet hausta, frequenterq̄ commansa, Idem præstat & ejus decoctum. 15. Fuchsius in Hist: Stirp: cap: 43. Angelica unice adversatur venenis, ac Pestis popularim sævientis, arcet contagia, corporaq̄ ab hac Lue vindicat, si tantum in ore teneatur. 16. Galton Durandes in Horto Sani: Angelica radix miram habet vim Pestis veneno resistendi. 17. Alfonso Morecottus de Simpli: medic: Peste correptis, Angelicæ rad: mox propinetur, ʒi in vino, hyeme, in estate autem cum aq: Rosar: 18. Renodæus in dispens: lib: 1. Sect: 4. cap: 19. Angelica Venenis adversatur, ac pestilentibus morbis convenit. 19. Casp: Schvvenckf: lib: 2. Catal: Stirp: Angelica adversus venena mirè pollet, febres pestilentes curat, & mansa a Peste præservat. 20. Laur: Helandus de Peste. Præ cæteris Alexiteriis in primis à Medicis commendatur Radix Angel: que non solum in præservatione: sed & curatione ipsius Pestis singularem habet Virtutem. 21. Palmarius lib: de febr: Pest: cap: 13. Omnibus convenit, dum ad eunt loca suspecta. Angelicæ rad: nonnihil in ore continere, hæc enim jucundo vapore cor exhilarat, ac Spiritus recreat, aerisque vitium emendat. Idem cap: 18. Angelica venenatam auram pellit ac dissipat, & Pestis contagia arcet. Quos Pestis jam invaserit, rad: hujus trita ʒss aut ʒii, aliis pulveribus*

ribus

ribus Cardiacis permisceant, hauriantq; cum ℥iii Aq: Carduib: & ℥i Syr: de Limon: 22. Vidus Vidius lib: 6. de febr: cap: 5. Pulvis rad: Angel: intus datur in febribus pestilentibus. 23. Joh. Bokelius, cap. 17. Part. 1. magni sūi Regim. Inter omnes radices, quæ Pesti resistere dicuntur, omnium præstantiss: habetur Angelica, vel odorata vel masticata. Succus ejus è recentiradice expressus, & ℥ii dosi cum Aq: Carduib: infectis oblatas, magnum, adfert auxilium. 24. Horat. Augenius lib. 3. de Peste cap. 10. Angelica reverà planta est, à Deo immortalì concessa, ut plurimum vitæ nostræ adjumentum adferat. Tantæ efficaciam est contra Pestem, ut remedium fortasse non sit inter omnia simplicia majoris Virtutis. 25. Christoph. Hornius de Auro Medico. Angelica est hostis putredinis ac Pestis. 26. Joh. Dan: Mylius lib. 6. Basil. Chym. cap. 6. Angelica Pestilentibus morbis convenit, in Theriaca inopia, ejus ℥i sumi poterit. Adversus pestilentem Aerem, radix Aceto imbuta, naribusq; admota, aut quandoq; pota, valet plurimum. 26. Thurnheiserus lib. 1. Hist: Plant. cap. 5. Radix Angel: contra Pestem, si cum frigore invadit in vino: sin vero cum aestu, in aceto propinatur. Ibid. Acetum in quo rad. Angel. macerata fuerit, tempore Pestis, odoratum, ab Aere contagioso vindicare, sanguinemq; ab infectione asserere traditur.

## II. SCORDIUM.

1. Crato in Tr: de Peste. Inter herbas ad Pestem commendatur, Scordium. 2. Manard, Scordium ab antiquis

ad Pe-

ad Pestem celebratum est remedium. 3. Tabernamont lib: 2. Sect: 10. cap: 41. *Experientia cognitum, hanc herbam mirifica pollere virtute contra Pestem. Unde bodierno tempore inter precipua quoq; recensetur medicamenta, Pesti contrarientia.* 4. Mindererus in lib: de peste cap: 15. *Magna fama & commendationis Scordium, prout in putredine qua vis internâ, sic in Peste depellenda, merito encomio decorandum.* 5. Renodæus in dispen: lib: 1. Sect: 4. cap: 47. *Scordium conservat à putredine, resistit venenis, Pesti curanda convenit, ac morbis contagiosis pluribus,* 6. Hornius in dial: de Auro med: *Scordium putredini maligna ac veneni resistit.* 7. Castor Durandes in Horto San: *Succus fol. Scordii sumptus, potenter Pesti resistit.* 8. Schevvenckfeld in Catal: Stirp: lib: 1. *Scordium contra Pestilentes febres bibitur.* 9. Palmarius cap: 18. de Pest: febr: *Scordium contra pestilentis Aeris contagia, antidotis inseritur, qua contra Pestem fiunt.* 10. Iohan: Bokel: in suo Regim: *Scordium, vel in forma Pulv. vel in decocto sumptum, singulare est preservativum contra Pestem.* 11. Augenius lib: 3. de Peste cap: 19. *Succus Scordii & pulvis ipsius cum Sach. ros. & vino, plurimum commendatur in Peste.* 12. Ioubertus cap: 19. libri de Peste. *Omnium prestantiss. Alexiterium Scordium in Peste.* 13. Gal: 1. Antid. cap: 12. *tradit, Scordium tantam vim contra putredinem obtinuisse, ut casorum in pralio cadavera, quaecumq; supra Scordium forte fortuna ceciderant, ac per multos dies inhumata jecerant, multo minus aliis visa fuerint computruisse, ea præsertim sui parte, qua jam dictam herbam attigerant.*



## III. PETASITES.

1. Petrus Droettus lib: de Peste. Medici Germania Radicem Petasit: de rasam aceto per noctem, aut amplius infundunt, ejusq; radice frustulum Saccharo conspersum ad precautionem manè exhibent. Nos eandem radicem vino albo aut Absinthite maceramus, hoc manè addito Saccharo, bibitur. 2. Lonicerus part: 2. Herbar: cap: 300. Radix pulv: & cum vino sumpta, Pestilentibus febribus mirifice confert, sudoremq; ciet. 3. Gualtherus Bruel in Prax: Petasites, sudore feliciter discutit Venenum Pestis. 4. Tragus lib: 1. Hist: plant: Experimentia comprobatum, radicem banc egregie conferre pestiferis febribus, quod sudorem moveat, si pulverisata scilicet cum vino sumatur. 5. Palmar: cap: 18. de febr: est: Petasites foliis & radice, Pesti obsistit, siccatur insigniter, & odore aromatico Cor exhilarat, sudoremq; movet, si zi. manè cum vino detur. 6. Crato in Tract: de Peste. Radix Petas: in vino coquatur & offeratur. 7. Jodoc: Harchius: - Sudoribus effert, Pestiferam toto corpore sumpta Luem. 8. Forestus lib: 6. de febr: Pauperibus dabam in Peste pulv: Rad: Petas: cum magno juvamine. 9. Fuchsius de Stirp: cap: 251. Experimento comprobatum est, radicem banc mirifice conferre pestilentibus febribus. 10. Tabernæmontanus lib: 2. Sect: 9. cap: 27. Radix Petas: valde efficax est contra Pestem. Si enim hujus pulv: zij cum vino veteri sumantur, Venenum omne per sudorem expellit. 11. Morelscottus de simpl: medic: Petasites pulv: inq; vino sumpta, summum est ad Pestem remedium, quia sudorem provocat,

Et discutit à Corde omne venenum. 12. Schvvenckfeldius in Catal: Stirp: lib: 1. Petasites Febribus pestilentialibus, malignisq; publicè grassantibus plurimum conducit. 13. Joh: Heurnius in lib: de Peste cap: 10. Radix Petas: pulv: multum valet in curatione Pestis intrò sumpta, cum aquà Carduib: 14. Kentmanus de Pestis præserv: Petasites in Vino cocta, vel pulverisata excellens est antidotus contra perniciosam hanc Lucem, Et alia Venena. 15. Joh: Bokelius in suo Regim: Si zi bujus rad: pulver: cum haustu Vini sumatur, indeq; sudor in lecto expectetur, omne Venenum Pestis à corde depellere creditur.

## IV. LAURUS.

1. Philippus Beroaldus de Pestil: Scribit Plinius, Lauri folia olfactu valere, adversus Pestis contagia, tantòq; magis, si etiam urantur. Hinc olim Commodus Imp: Rom: cum ingens Pestis universam Italiam occupasset, inq; Romanam civitatem vehementius grassaretur, Laurentum secessisse eraditur, ubi permulta Laureta visebantur. Siquidem periti Medicine adserbant, plurimum pollere odores Laurorum, ad propulsandam Aëris contagionem. 2. Casp: Keglerus de Peste. Lauri Bacca 2. vel 3. jejunè comesta, optimè à peste præservant. 3. H. Mercurial: lib: de Peste. Valent plurimum ad evitandam aëris contagionem, tum odores Laurorum, tum ipsarum umbrarum amoenitas. 4. Alex: Pedemontanus lib: 1. de Secret: remed: Sumito pulveris Bac: Lauri coclear unum, cum aceto Et aqua tepida, maximè si febris sit ardens, deinde dormiat, sudetq; Et sanabitur, Hoc remedium ad Pestem optimum est. 5. Tarquinius Ocyorus cap: 10. de herb:

anti-

antipeft: folia Lauri exsiccata ac carbonibus injecta tempore Peftris corrigunt acrem. 6. Kunradus in 2. parte Medul: de still: Tempore Peftris, in figne praefervativum sunt Bacca Lauri, si in publicum quis proditurus, illas masticer, quia ingressum Venenatae aerae per os prohibent. 7. Joh: Sig: Oboliger in suo regim. Peftr: Bacca Lauri valde profunt tempore Peftris. 8. Palmar: lib: de Peftr: febr: cap: 18. Pulvis Bacc: Lauri ex aqua Carduib: potus, à Pefte liberare deprehenditur, si sudores excipiantur.

## V. ALLIUM.

1. Philippus Ultradus in lib: de Epidem: *Allio*, rusticis tempore Peftris, saepissime utuntur loco Theriacae. 2. Anton: Gueiner: de Pefte. Dissert: 2. tract: 3. *Allium Italis*, propter fervorem Sanguinis, quem causat, bane convenit, transmarinis verò prodest. 3. Paræus in lib: de Pefte. Cape *Alliorum*, magnitudine nucis, Ruta, & Cbelidon: major: an: fol: No: 20. Terantur omnia cum Vino albo & paucâ aquâ vita, Expressum detur bibendum. 4. Brudus Lusitan: lib: 3. de rat: Vict: in Febr: cap: 20. longam instituit de *Allio* disputationem, & tandem hisce verbis concludit: judico igitur *Allium* in omnibus edulis, quae Peftriferâ febre laborantibus offeruntur, commodè misceri: opinorq; non solum fore innoxium, sed ex eo quamplurima seque commoda, ad nativi caloris robur, & grassantis Pestilentis contagii inhibitionem, & ad corrupti humoris ex omni parte, cutim versus expulsionem. 4. Hollerius lib: de Pefte. *Allii* Caput domo egressuro praemanditur, vini odori modicū

ad 3ij superbibitur, atq; inde os collinitur &c. 5. *Palmar:*  
 cap:13. loco sæpius cit: *Allium* pro præservatione *Pestis*  
*fossoribus* & aliis, qui laboribus ad sueverunt, utilissimum:  
 nam præterquam quod occultâ proprietate venenatae *Aeris*  
*contagioni* obsistere creditur, forti etiam *Vapore* ac *Spiri-*  
*tu* corpus replet, quo *Pestilentem* pernitiem vel repellit vel  
 exstinguit ac superat. Idem cap. 18. *Ejus* frustula 2. cum  
*Sale* sumpta, *Aerem Pestil:* repellunt ac discutunt. 6. *An-*  
*ton:* *Schnebergerus* de *Pelte*. *Allium* optimum *Anti-*  
*dotum*, non solum comestum tempore *Pestis* pro præserva-  
 tione, sed etiam ut ex eo conficiatur *Emplastrum* ad *Bubo-*  
*nes*. Pro præservatione devorant quidam manè jejuno *sto-*  
*maccho*, nucleum unum aut alterum *Allii*, *Vini* generosi su-  
 perbibendo haustum. 7. *Petrus Crescentius* lib: 6. cap: 3.  
*Allium* virtute pollet consumendi, dissolvendi ac pellendi  
 quodlibet *Venenum*, præcipue verò *Pestis*, si manducetur.  
 8. *Gal:* lib: 12. meth: cap: 8. Ipse *Allium*, *agrestium* *The-*  
*riacam* adpello. 9. *Gesnerus:* *Peste* correptis non inu-  
 tiliter *cochlearia* duo liquoris ex *Allii* *Ruta*q; *succo*, cum  
*Theriacâ*, *Aceto* & *aqua Vite*, ad sudorem exhibentur.  
 10. *Forestus* lib: de *Febr:* *Obs:* 15. *Rustici* *Allio* utuntur  
 tempore *Pestis*, & ideo *Theriaca rusticorum* dicitur. 11. *Ge-*  
*rarus* *Bergensis* in tract: de *Peste*. *Sapè* & *Allia* cum *pa-*  
*ne* & *Butyro*, utiliter quoq; singulis diebus manè eduntur  
 contra *Pestem*, præsertim ab iis, qui adsuetsi sunt, maxime  
 in *Hyeme* &c. 12. *Joach:* *Schillerus* in lib: de *Peste* *Brit-*  
*tan:* Inter cetera cavendum est, ne quis adeat loca suspe-  
 cta, nisi *Allio* prius commanducato, epotoq; *Vino* meracius-  
 culo. 13. *Manardus*, *Allium*, quidquid alii dicant, ego in  
 Peste.

*Peste pro preservatione, in parvâ quantitate non vitupero.*  
 14. Quercetanus in Diætet. Sect. 3. cap. 2. *Allia rusticis in Vasconia sunt instar Theriaca contra Pestem, & aerem pravis vaporibus infectum. Idem in lib. de Peste. lib. 2. cap. 5. pluribus verbis laudes Allii perstringit in resistendis venenis, & abigendâ ipsâ Peste.* 15. Joh: Matthæus in Tract: de feb: Pest: *Constat Allii usum contra Venena in Ungaria & Italia usitatissimum esse & c.* 16. Rudolphus Goelenius in Loimograph: *de curâ Carbunc: Emplastrum ex Allio insignem habere vim raptoriam & attractoriam, experimento non fallaci compertum est, nam ipsemet in Allio, magnum presidium adversum Pestilentem luem deprehendi.* 17. Casp: Strubius in suo Regim: *Allium manè comestum pro preservatione Pestis, admodum quidem confert iis, qui concoctionem validam habent, quibus verò illa imbecillis, iis non confert, quia diutinâ morâ in ventriculo, putredinem causat.* 18. Joh: Bokelius in Pestis Regim. *Allium vulgò Theriaca rusticorum dicitur, & magnarum est virium in resistendo Veneno Pestifero, quia calorem nativum excitat ac confortat, resistens omni putredini. Ungaris tempore Pestis nullum certius est remedium quam Allium, quia corpus exsiccatur, nec ad putredinem aliquam concipiendam disponit.* 19. Georg. Garnerus lib: de Peste cap 14. *Pauperes jentaculi loco pro Preservatione Pestis Allium cum Sale & Butyro, aut per se cum pane sumere possunt, superbibendo parum Succu Verbena.* 20. Barth. Hubnerus in Diætet. suo, cap. 38. *Allium, Theriaca Rusticorum habetur, præsertim hyberno tempore*

comestum, & saviente Peste, pro pauperibus, non contem-  
nendum est Alexiterium.

## VI. CARDUUS BENEDICTUS.

1. Henricus Dobbin de Peste. Pulvis fol: Carduib:  
adversus Pestem utiliter bibitur, ex propria ag. stillat: 2.  
Lonicerus, Parte 2. Herbar: cap: 24. Pulveris Carduib:  
3i sumpta cum convenienti liquore, expellit omne venenum  
Pestis. 3. Augenius lib: 3. de Peste cap: 10. Carduus be-  
ned: tollit obstructions internorum viscerum, adversus pe-  
stilentis, aliosq; venenatos & putres adfectus, in primis ef-  
ficax. 4. Matthiolus comm: in lib: 3. Diosc: cap: 9.  
Carduus ben. magni nominis magnaq; existimationis plan-  
ta est, non modo apud Italos, sed etiam exteris nationes,  
praesertim contra Pestem. 5. Valescus de Taranta in  
Philos: suo, Cardu bened: semen, pondere 3ß omni die su-  
mere, ex Syr: Acetos: vel de Ribes, utiliss: est in Peste. 6.  
Tragus, lib: 2. Hist: plant: Foliorum pulvis, mensura nu-  
cis juglandis corticis, cum vino potus, adversus Pestem, ne  
noceat, praesentiss: est remedium. Idem praesentant Folia in  
vino decocta & pota. 6. Crato in Tract: de Peste. Inter  
herbas adversus Pestem commendatur & Carduus benedi-  
ctus. 7. Gualtherus Bruel in Praxi. Succus Carduib:  
utilissimè sumitur ab infectis. 8. Fumanellus, lib: de  
Peste, cap: 5. Carduumbenedictum, qui cum cibo & potu  
adsumpserit, negant Contagia quaq; experiri. 9. Ferne-  
lius lib: 5. meth. med. cap: 11. Carduus bened: adversus  
pestilentis aliosq; venenatos affectus in primis efficax. 10.

Ioh.

Joh. Dao. Mylius lib. 6. Basil. Chym. cap. 14. *Carduus b. Sudorem movet, venenis resistit, & Pestilentibus morbis confert.* 11. Palmarius, cap. 18. *Longo usu comperi eum, qui constitutione Pestilenti aliquot folia ipsius Carduibened. cruda manè comederit, vel sola, vel cum Sale modico. Aceto & Oleo, Acetarii specie, vel in jure cocta; vel succi fol: virid: ʒi, cum pari, Vini albi mensurâ bauserit, tutum eo die fore à Pestilencis Aeris maleficio. Idem præstat foliorum pulvis, ʒi pondere sumptus.* 12. Heurnius lib: de Peste & in Praxi sua: *Carduus benedictus, pestiferis febribus dicatus est.* 13. Andernacus. *Herba ipsa, tam recens, quam sicca, adversus Pestem, singulare præsidium est.* 14. Ruelius lib: 3. Hiltor. Stirp. cap. 55. & Fuchsius, de Stirp. cap. 42. *negant, Pestis experiri contagia, qui cum Vino, Carduumb: præsumpserit.* 15. Mañilius in Epidem: cap. 10. *Semine Carduibened: utuntur contra Pestem experimentatores cum vino.* 16. Tabernæmontanus lib. 2. lect. 10. cap. 5. *Pulverisati Carduib: ʒi præservat à Peste, expellendo ejus venenum per sudorem. Idem præstat, & Succus eius bibitus.* 17. Castor Durandes in Horto Sanit: *Pulveris Carduib: ʒi cum Vino pota, efficaciss: est remedium contra Pestilens contagium, si b. 24. antè accessum sumatur. Idem præstat & Vinum Carduibenedictinum.* 18. Casp. Schvvencfeldius lib. 1. Catal. *Contra Pestem, omnisq; generis lethalia venena, mirificè pollet interius sumptus Carduibenedictus. Semen eius utiliter emulsionibus in febribus malignis additur.* 20. Alfonso Morefoot: de Simpl. med. *Pulvis eius datur felici successu contra Pestem, 24. b. à correptione, provocato sudore.* 21. Reno-

dæus

dæus lib. 1. Dispens. Sect. 4. cap. 63. *Carduus* sudorem movet, venenis resistit, ac pestiferis morbis confert. 22. David Herlitius in suo Regim. Pulvis Carduib: cum aqua convenienti sumptus, omne pellit Venenum Pestis, si inde sudor sequatur.

## VII. RUTA.

1. Gerardus Bergensis in lib. de Peste. *Ruta* licet conveniat in omni tempore, ad preservationem Pestis, tamen competit tempore frigidus propter ejus caliditatem. 2. Tragus lib. 1. Histor. Plant. Adversus omnia Venena, *Ruta* maxime commendatur, quam obrem solemus Germani folia *Ruta*, Gran: Junip. Nucem & Ficus, equali pondere simul contundere, ac deinde infuso Rosacea, vel alio quocumq; Vini aceto percolare illum succum, eoque pro Antidoto contra Venena uti. Est hac peculiaris ac pretiosa Theriaca adversus Venenum haustum, & infectum Aerem tempore Pestis, si quotidie mane, unius cochlearis mensura jejuno stomacho usurpetur. 3. Lemnius lib. 4. Occult. cap. 12. Grassante Peste sæpe observari, eos, qui *Ruta* in idem naribus admovissent, pustulas in naso, ac labiis contraxisse. 4. Fuchsius cap: 23. de Stirp: *Ruta* odorari, mirifice aure Pestilenti adversatur. 5. Palmarius de Pestil. febr. cap. 18. *Ruta* vera est Rusticorum Theriaca, quâ qui mane, antequam domum egrèdiatur, usus fuerit, tutus eo die à Pestis contagione futurus est. Semen 3i pondere cum Vino potum, foliis maledo efficacius traditur. 6. Bonicerus parte 2. Herbar: cap. 123. *Ruta* folia cum ficibus comestea & nucis Juglandis, Pestis resistunt, nullumque melius datur preservativum isto, contra Lætem hanc, si ma-

ne non



nè nonnihil de eo capiatur. 7. Paræus lib: de Peste. Sem: Ruta contrit: ꝛi cum pauxillo Theriaca dissolvunt in Vino Malvat: & ebibunt contra Pestem. 8. Anton: Schnerbergerus de Peste. Ruta folia aliquot manè comesta ex Aceto, optimè tuentur à Peste. 9. Mizaldus in Horto Med: Ruta folia, cibos antecedentia, aut cum arida ficu ac Juglandibus sumpta, addito Salis momento, Venenorum vires hebetant, & Pestilenti aeri resistunt. 10. Droettus de Peste. Rustici nostrates olfaciunt Rutam, præservationis gratiâ à Peste. 11. Tarquinius Ocyorus cap: 18. de herbis Pestil: Ruta viridis manu gestata & odorata, præservat à Peste. Item si succi Ruta ꝛi cum Aceto Vini ebibasur, & inde sudetur, curativum egregium Pestis erit. 12. Castor Durandes in Horto Sanit: Decoctum Fol. & Sem: Ruta, Pesti obsistit. 13. Morescottus de Simpl. medic: Folia Ruta in cibo adsumpta, vel cum Nucibus jugland: aut Ficibus siccis; valent ad Pestis præservationem. 14. David Herlitius in Tract: de Peste, Ruta odorata tempore Pestis, egregium est præservativum, quia Ruta potenter resistit maligna Aeris infectioni, & primas omnino tenet inter Antidota Pesti obluentia, idcirco nulli Horti cavere Rutâ debent. 15. Augenius lib: 3. de Peste cap: 19. Seminis Ruta pulveris: & in vino dissol: ꝛs plurimum juvat, Folia item Ruta viridia manducata, mirabilis virtutis esse creduntur. 16. Garnerus in lib: de Peste cap: 18. Præservandus à Peste sumat pulverem Sem: Ruta ad ꝛi, cum Succo Ruta ꝛis instar haustus calidè. 17. Reimundus Minderer, lib: de Peste cap: 15. Semen, Succus, & folia Ruta, insignem ad Pestis contagium pellendum,

facultatem habent, & odore grata; Cordis vires reficiunt,  
 & Aeris pestilentis vitia maxime corrigunt. 18. Chri-  
 stoph. Hornius in Dialogo de Auro Medico: Ruta Ve-  
 nonis ac Pesti valde resistit. 19. Petrus Crescentius libi  
 6. cap: 103. Ruta Venonis omnibus mirabiliter resistit, &  
 ita Pesti quoq; adversatur comesta. 20. Tabernæmon-  
 tanus lib: 1. Sect: 4. cap: 31 valde quoq; commendat Ru-  
 tam, undè etiam ibidem varias remediorum formulas, con-  
 tra Pestilentem aerem, ex Ruta tradit. 21. Gebelcov-  
 rus parte 3. Jatrii Wirtenberg: Sume Rutam viridem,  
 contunde eam, succumq; exprime, adde parum Aceti &  
 Tberiacæ, & præbe cochlear contra Pestem.

### IIIX. VERONICA.

1. Matthiölus comm: in lib: 3. Diosc: cap: 25. Vero-  
 nicam non desunt, qui summis laudibus efferunt ad pestife-  
 ras febres, & Pestilentia adfectos, quibus propinare præci-  
 piunt, sicca pulv: ʒij pondere, unâ cum Tberiacæ ʒi ex Vi-  
 no meraco, cum hoc tamen, ut illic sudent infecti. 2. Aue-  
 genius lib: 3. de Peste cap: 10. Veronica cateris magis  
 mirabilem vim habet, in preservatione & curatione Pestis.  
 3. Schnellenbergius cap: 7. Peste correpto, detur ʒijß  
 pulveris Veronica cum ʒijß ejusdem aquæ, corpore ad sudo-  
 rem contecto. 4. Tragus lib: 1. de Stirp: Veronica herba  
 in Vino decocta, & pota, ad quasvis Pestilentes febres fa-  
 cit. 5. Hieron: Brunsvicus in Pharmac: Pulvis Ve-  
 ron: ex Vino vel Cerevisiâ patus, certiss. Alexipharmacum  
 Pestis est. 6. Fuchsius in Histor: Stirp: cap: 59. Recentio-  
 res, Veronica usum unice commendant in Febris Pestil-  
 lenti.

lenticibus. 7. Goelenius in Tract: de Peste. *Veronica* insignem habet vim, Venenum Pests à Corde depellendi, & ne ad ipsum adrepat, arcendi. 8. Herlitius in suo de Peste Regim: *Veronica* in Vino cocta, & pota; vel pulvis ejus sumptus cum vino, egregiarum virium est contra Pestem. Et si herba maceretur per dies aliquot in vino, Vinumq; postea per destill: abstractum exhibeatur, certiss: remedium est, contra omnes febres Pestilentes. 9. Caltor Durandes. Radix *Veron:* pulverisata, & pondere  $\zeta i$  cum vino albo sumpta, adjecta *Iberiacà*, sudorem movet, ac Pesti resistit. 10. Hornius de Auro Medico: *Veronica* putredini maligna Pests adversatur.

### IX. TORMENTILLA.

1. Palmarius, lib: de febr: Pestil: cap: 18. Rad: *Tormentille* pulvis,  $\zeta i$  pondere cum vino albo sumptus, imponentem Pestem arcet, & presentem profligat. 2. Lonicerus, 2. parte Herb: cap: 276. Radicis viridis *Torment:* & foliorum succus potus, contra Pestem prodest, noxios humores per sudorem educendo. Quod si viridis radix haberinequeat, arida, pulvis  $\zeta i$  dosi in vino sumatur: vel rad: ac foliorum manipulus, in vino coctus, calide ebibatur. 3. Matthiolus in Dios: comm: *Tormentilla* usus tantum apud nonnullo invaluit, ut ex ejus radicibus medicamenta componant adversus Pestem. 4. Tabernæmontanus lib: 1. Sect: 4. c: 22. Succid rad: & fol: *Torment:* expressi, & pondere  $\zeta iij$  sumpti omne venenū per sudorem exigit, ut & Pestem ipsam. In defectu autem viridis rad: ac fol: siccorum  $\zeta i$  cū vino sumatur. Et paulo post: Radix *Torment:* longo usu

contra Pestem, ejusq; contagionem venenatam aded com-  
 perta est, ut hodie vix ulla exstet formula remediorum à  
 Medicis prescriptorum, quae hanc radicem non recipiat, si-  
 quidem non solum venenum Pestis expellit, sed insuper oc-  
 culta virtute praedita est Cor confortandi, & à putredinis  
 lae conservandi. 5. Hornius in Dial: de Auro Med:  
 Tormentilla, venenis ac Pesti inimica est. 6. Savano-  
 rola in Praxi. A paucis annis, venit in usum Tormentilla;  
 estq; species Pentapbylli, & in canibus videtur hoc expe-  
 rientia, & ideo à quibusdam nominata est herba Veneno-  
 rum. 7. Valescus de Taranta. Pulvis Torment: datur  
 cum Aq: Melis: vel Borrage: aut Acetosa, vel per se comedi-  
 tur & masticatur radix, quoniam defendit Cor à veneno, &  
 à fumis venenosis per suam proprietatem, & desiccatur sine  
 calefactione. 8. Amatus Lusitan: comm: in Diosc:  
 Quidam Conditum ex rad: Torment: parant, quo, jejuno  
 stomacho muniti, luum Pestilentem minimè formidant.  
 9. Herlitius de Peste. Tormentilla insigniter praedica-  
 tur, 3i vel ʒss Jus cum Vino vel Aq: Acetos: sumpta, egre-  
 gie à Pestilenti lue hominem praeservat. Et multis Medi-  
 cis Regula quasi loco est, ut omnibus Antidotis Pestilentia-  
 libus, Tormentillam quoq; addant; cum illa admiraculum  
 venena expellat. 10. Gueinerius de Peste differ: 2.  
 Tract: 2. cap: 3. Tormentilla radice eadem proprietate, quae  
 & Acetosa, inò major attribuitur; ut jam annis plurimis,  
 propter indubitata experientiam apud vulgus, famosis-  
 sima existat; debet enim radix illa in umbrà siccari, & in  
 pulverem redigi, Cujus dosis est a ʒss ad ʒi cum vino, Aquà  
 Acetosa, vel Ros: aut Aceto, maxime in colericis. 11. Syl-  
 vius

vius

vius de medic: Simpl. Tormentillam nostram venenis  
 ac Pesti resistere. experientia multa est notissimum. 12.  
 Crato in tract: de Peste. Adversus Pestilentiam, ma-  
 gnam habet vim Tormentilla. Ad curationem detur ʒi,  
 rad: contusa cum Syr: Carduib: 13. Ulstadius in lib: de  
 Epidem: Pulvis preservativus. R. Rad: Torment: exsic:  
 & pulv: ʒi, exhibeatur jejuno stomacho in Vino lymphato  
 cum aqua Ros: vel Acetosa. 14. Joh: Bokelius in Regim:  
 pestil: parte 1. cap: 17. Hac radix, quamvis ferè sit inodo-  
 ra & atroica, tamen singularem dicitur habere vim resistan-  
 di venenis inprimis, si decoctum ejus cum aliis herbis Ale-  
 xiteriis bibatur. 15. Alex: Benedict: de Peste. Miram  
 habet vim adversus Pestem Tormentilla, ʒi pondere ex Vi-  
 no pota. 16. Tarquinius Ocyorus cap: 13. Succus Tor-  
 mentille epotus cum Vino, omne tollit Venenum, nec non  
 ipsam Pestem, sudorem pellendo. 17. Castor Durandes  
 in Horto San: Succus è fol: & rad: Torment: potus ad-  
 versatur omni Pestifera infectioni. 18. Renodæus lib. 1.  
 Dispens: Sect: 4: cap: 13. Radix Torment: putredini mi-  
 ram in modum reluctatur, sudores movet, Pesti & morbis  
 Venenatis efficaciter succurrit. 19. Augenius lib: 3. de  
 Peste cap: 10. Tormentilla tenuium est partium, venenis  
 resistit atq; Pesti. 20. Fernelius lib. 5. meth. cap. 21.  
 Tormentilla Venenis adversatur ac Pesti. 21. Vidus  
 Vidius lib: 6. de febr: cap: 5. Pulvis radice Torment: in-  
 tro dandus in febre Pestilentiali. 22. Morescottus de  
 Simpl. med. Foliorum & rad: Tormentil: decoctio in  
 Vino, vel jus eius potum. Item radix exsiccata & pota,  
 valet contrà Pestem. 23. Casp. Schwenckfeld lib. 1.

Catal: Stirp: *Tormentilla à Peste præservat. pueris & gravidis in cibo sumpta.* 24. Christoph: *Hörniius de Auro Med: Tormentilla Venenis Pestilentialibus inimica est.* 25. Joh: *Kentman in suo de Peste Regim: Rad: Tormentil: 3i cum vino vel Aquâ Acetosa sumpta, ita ut sudor inde exspectetur, mirabili pollet Virtute expugnandi Pestis Venenum & à multis pro experto habetur remedio.* 26. Caspar *Keglerus in Regim: Pestil: Radicis Tormentil: 3ß cum Aquâ Acetosa vel Scabiosa jejune sumpta, egregie præservat ab hac Lue.*

## X. HELENIUM.

1. Joan: *Renodæus lib: 1. Dispens: Sect: 4, cap: 7. Decoctum Rad: Helenii potum, Pesti ac serpentum morsu medetur.* 2. Crato in *Tract: de Peste. Habet vim magnam adversus Pestem Elenium.* 3. *Johann: Vochs de Colonia, Tract: 1. de Peste cap: 14. Pauperes, qui coguntur visitare infirmos, teneant in ore radicem Enula, quoniam Cordialis est, & præservat etiam ipsa radix sumpta.* 3. *Höllerius in lib: de Peste. Vulgus Enula radice in aceto prius macerata, deinde linteola involuta, sæpèq; inspirata naribus, reobè utitur.* 4. *Schnellenbergerus cap: 3. de herb: antipest: Jamdiu mos inolevit apud Helvetios, Suevos ac Bavaros, ut mane jejune frustulum Rad: Helenii in ore teneant ad arcendum Pestis contagium.* 5. *Schwenckfeld lib: 1. Catal: Stirp: Enula Cordi familiaris est, Venenis resistit, facit ad Epidemios morbos. Adversus Pestilentis Aeris noxam valet plurimum, quo*

nomi

nomine etiam cruda à multis manditur. 6. Augenius lib. 3. de Peste cap: 19. Radix Enule sicca putv: datur in Peste cum vino bono, hyeme. felici successu. 7. Palmarius lib: de Pest: feb: cap: 18. Elenii radicem, & ex eà factitium Vinum, non modò contrà venena, sed & contrà Pestilentes febres valere, usu deprehendi. 8. Iohan: Bokel. cap: 17. de Peste. Radix fol. & flores Enule pro singulari preservativo habentur contra Pestem. 9. Iatron: Wirtenberg: Si quis manè surgens, ad magnitudinem nucis Avellanae de rad: Enule comedat à Peste is preservari dicitur. 10. Eustach: Rudius lib: 3. Pract: cap: 30. quoquè inter alia simplicia, Pesti adversantia Elenium recenset. 11. Gebelcoverus parte 3. cap: 3. admodum quoquè Rad: Enule ad preservationem Pestis commendat. 12. Eusebius Wildeck in Regimine. Radix Elenii per horas 12. in aceto macerata ac masticata preservat à Peste.

## XI. VERBENA.

1. Symphorian: Campegius. Alii non minoribus laudibus ad Pestem celebrare succum verbena, si quis initio Pestilentis febris cum biberit, corpore ad sudorem cuncto. 2. Manardus lib: 5. Epistol: 3. Verbena bolus masticetur bene, & demum deglutiatur, (scilicet tempore Pestis.) 3. Mindererus de Peste cap: 15. Succus verbena cum Theriaca datus, egregiè huius Pestifera malignitatem tollit. 4. Autor Horti Sanitatis, cap. 486. Verbena adversatur omnibus venenis, ac Pest: quoque. 5. Julius Palmarius cap: 18. de febr. pestil. Pulvis

verbe-

*Verbena* ꝑi pondere, cum *Aq. Succisa*, *Peste correptos*, mirificè juvat, 6. Crato in tract. de *Peste*. Ad *Pestis* præcautionem possunt *Pauperes coquere Verbenam*, *Scordium* & c. in aquâ & aceto, & quotidie semel vel bis bibere, quamdiu curatione indigent, 7. Anton. Chalmethcus. Ad præcautionem *Pestis*, quotidie masticanda *Verbena*, & illius succus deglutendus, vel cum *Vino*, vel cum jure carnis sumendus, 8. Cornel. Petri. *Verbena* bene masticata & deglutita, est secretum ad sanandam *Pestem*, cui non est par in preservando. 9. *Tabernæmont. lib. 1. Sect. 4. cap. 36.* *Verbena* folia viridia manè jejuno stomacho, vel per se, vel cum panis buccellâ ac *Butyro salito* comesta, præstans est contra *Pestem* preservativum. 10. *Schwenckfeld. lib. 1. Catal.* *Verbena* herba recens, mansa, contra *Pestem* singulare dicitur *Alexipharmacum*. 11. *Laurent. Heilandus* in tract. de *Peste*. Singularis & secreta vis inesse dicitur *Verbena*, si folia eius masticentur in preservando ab *Aere pestilenti*. 12. *Keglerus* ex *Petro Appon.* *Verbena* folia masticata ac postea deglutita miraculosè preservant à contagio *Pestilenti*. *Succus* etiam eiusdem herba & radicis expressus, & ꝑ pondere infecto exhibitus, eum sanitati restituit. 13. *Georg. Agricola lib. 3. de Peste.* *Succus Verbena* quoq; per se utilis est *Pesti*, si ꝑ eius bibantur. 14. *G. Garnerus* in *Epit. de peste cap. 18.* *Quilibet preservandus, antequàm domo exeat, capiat Verbena pulv. ꝑ cum Succo Verbena viridis expressi ꝑi, calidè bibatur, & sic per 24. horas preservabitur.* *Ego met (inquit) potavi, & Anno 1776. felicissimè, dum Pestis Venetiis grassaretur, usus sum.*



## XII. SCABIOSA.

1. Anton: Gueiner: de Peste diff: 2. tract: 2. cap: 3. In Scabiosa quidam tantam habent confidentiam, ut non solum preservare adserant, sed & succum propinatum intra horas 12. infectum ipsum liberare, Succo autem deficiente, aquam destill. exhibere jubent. 2. Gerardus Bergensis in lib: de Peste. Succus Scabiosae quantitate  $\text{ʒi}$  quotidie utiliter contra Pestem sumitur: habet enim vim non tantum preservandi à Peste, sed etiam eam, si quem invaserit, expellendi. 3. Alex: Massaria lib: 2. de Peste. Miranda narrant alii de Scabiosa, nempe quod comesta, vel ex Vino pota, internos omnes Tumores, imprimis verò Carbunculum Pestilentem ad exteriora protrudit, & insensibiliter dissolvit. 4. Matthiolus comm: in lib: 4. Diosc: cap: 11. Scabiosae succus utiliter datur  $\text{ʒiij}$  pondere, cum  $\text{ʒi}$  Ther: Peste adfectis, primà statim die, verum subinde sudorem in lecto provocare oportet, atq; semel ac iterum medicamentum repetere. 5. Savañorola in Pract: Scabiosam quidam mirabiliter extollunt, ut de eà omni die aliquid adsumant, & de eà tantum confidunt, ut indubitanter credant, Succum ejus datum infecto Pestilenti lue. spatio h: 24. eum liberare. 6. Arnoldus Villanov: Scabiosa trita cum Sale, & Anthraci superposita, divino miraculo, Anthracem citò destruit & mortificat. 7. Paræus in lib: de Peste. Veterum permulti magnoperè commendant Scabiosam ad Pestis Carbunculos, inter duos scilicet lapides contritam, mixtamq; cum axungia veteri, vitellis ovorum, & pauco Sale, ad pus movendum in Carbunculo. 8. Pal-

R

marius

marius cap: 18 de feb: pest: Scabiosa, eadem, qua Succisa  
 adversus Pestilentis mali perniciem, vires habet, sed lon-  
 gius eam, à Corde propellit, & in superficiem disjicit, quam  
 Succisa. 9. Guainerius diff: 3. cap: 5. de Pelte. Scabio-  
 sa contrita, & emplastrata, statim Anthracem abolet. 10.  
 Hollerius de Peste. Scabiosa contrita, & 3. horis super  
 Anthracem retenta, cum curat. 11. Manardus in Epist:  
 med: Laudantur ab omnibus peritis Medicis, ad impo-  
 nendum Carbunculis, 3 ista Planta: Scabiosa, Succisa &  
 Consolida. 12. Fernelius lib: 5. meth: cap: 21. Scabiosa  
 pestilentium morborum vim à Corde foràs extrahere cro-  
 ditur, & eorum Bubones Carbunculosq; discutere. 13. E-  
 vangelifista Quatramus in Tract: de Peste cap: 6. Si An-  
 thrax prorumpat, Scabiosa recens cum Theriaca contusa  
 imponatur. Ea enim maturandi vim obtinet, & simul pe-  
 culiari quoque proprietate Venenis adversatur 14.  
 Tarquinius Oeyorus de herbis pestil: cap: 17. Scabio-  
 sa contusa cum Aceto Vini, succusq; ejus expressus potus,  
 cum pauxillo Theriaca, ita ut Peste infectus à sudorem se  
 componat, liberabitur. 15. Fuchsius in Hist: Stirp: cap:  
 175. Easdem vires habet Scabiosa, quas Succisa, resistendi  
 nimirum pestifero Veneno. 16. Renodæus lib: 1. Di-  
 spens: Sect: 5. cap: 23. Scabiosa etiam Pestilentibus mor-  
 bis confert. 17. Schvvenokfeldius lib: 1. Catal: Sca-  
 biofa decocta cum Theriaca seu Mitbridatio, utiliter in Pe-  
 stilentibus febribus bibitur, & ad Carbunculos efficax. 18.  
 Augenius lib: 3. de Peste cap: 10. Scabiosa ut abscessus  
 internos rumpit, ita & Pestilentium morborum virtus è  
 Corde foràs extrudit, & eorum Bubones ac Anthraces

discu-

discutit. 19. Georgius Agricola de Peste lib: 2. quod  
inter alexiteria Pests recenset succum Scabiosa, pondere  
Ziii bibitum. 20. Vide & Tabernæmontanum lib: 1.  
Sect: 5. cap: 14 & c.

## XIII. ABSINTHIUM.

1. Joannes Vochs de Colonia, Tract: 1. de Pe-  
ste, cap: 14. Pulvis fol: Absinthii manè comestus, ob-  
structiones Epatis aperit, putredines in Ventriculo probi-  
bet, & efficacissimum Pests preservativum est. Imò si  
quis illud ex urinâ propriâ biberet, nunquam Pestilens  
Virus experiretur. 2. Schnellenbergius in libel: de  
herbis antipestil: cap: 19. Absinthium viride cum Sa-  
le manditur, tempore Pests, aut aqua ejus pro preserva-  
tione bibitur. 3. Manardus in Epist: Medic: Vinum  
Absinthites Peste grassante potum, valde prodest. 4. Ta-  
bernæmontanus lib: 1. Sect: 1. cap: 1. Absinthium no-  
bile ac prestans est preservativum Pests, gestatum vel  
odoratum frequenter. Et debent ii, qui versantur cum  
infectis, semper aliquid Absinthii masticare, & de comis  
ejus nonnihil naribus indere. Multi enim tempore Pests,  
presidio hâc se tutos conservarunt. Idem prestat & Vinum  
Absinthites potum. 5. Sibyllenus in lib: de Peste  
Absinthii Zii in propriâ urinâ sumpta, firmum est rustico-  
rum preservativum in Peste. 6. Bartholomæus Hub-  
nerus lib: 3. Diæter: cap: 28. Pulvis & Vinum Absinth:  
tempore grassantis contagii Pestilentis, est utilis medi-  
cina. 7. Palmarius cap: 18. de Pestilentibus febribus:  
Absinthium abstergit, obstructions tollit, & putredinem,

qua Pestem excipere solet, remoratur. Ejus etiam Vinum ad Pestem valere creditur. 8. Keglerus de Peste. Absinthium cum Sale jejune devoratum, bonum est presertim Pauperum.

#### XIV. ARTEMISIA.

1. Paræus lib: 21. Char: suæ cap: 25. Artemisia ad Pestem quibusdam valde commendatur. Capiunt Artemisia fasciculum unum, ex quo ejus combusti cinere lixivium conficiunt, cum aqua tibi, id mox in Vase figulino Vernice oblito ignibus subjiciunt, ut bulliat ad liquoris consumpt: subsidente terrenâ fece, Salis instar, ex quâ finguntur Trochisci, pondere ʒi. Ejusmodi Trochiscorum unus, vel duo, pro robore aegri dissolvuntur in ʒiii Vini Malvat: & bibuntur. A potione obambulat eger semihora spatio, inde lecto traditur, sudat ibi 2. vel 3. horas, Vomitus superveniunt, alvus quoque laxatur tamquam sumpto Antimonio. Sic ferè omnes liberabantur, qui maturè presertim id remedium antequam virus ad Cor pervenisset, sumpserant, quemadmodum & Ego felici successu Lutetia in aliquot aegris, Peste obsessis, sum expertus. 2. Tabernæmontanus Sect: 1. lib: 1. cap: 7. Artemisia quotidie in cibo potuque sumpta, singulari pollet Virtute amolendi Pestis venenum; idcirco herba hac tempore Pestis merito pro singulari ejus presertivo astimanda. 3. Caspar Schvvenckfeldt lib: 1. Catal: Stirp: Artemisia venenis resistit, & Aerem pestilentem emendat. 4. Mizaldus Centur: 3. distinct: 10. Sunt, qui certam & constantem fidem mihi fecerint, in vigiliâ Joh: Bapt: ad radices Artemisia Carbonem inveniri, qui deferentes à Peste immunes reddat.

XV. AB.

## XV. ABROTANUM.

1. Mizaldus in Horto Med: Semen Abrotani usq; ad 3i, cum foliis aliquot in Vino albo tritum, additâ Nuc juglandæ, & Bolo Armeno, deinde percolatum & bibitum, mirandum in modum est efficax adversus Venena & luem Pestiferam, nostro & aliorum quamplurimorum felici & optato experimento. 2. Tabernæmontanus cap: 11: lib: 1. Sect: 1. Abrotani semen, flores ac folia, 3i pondere con-rusa, ac permixta Nuc: Jugland: ac 3i Terra Sigill: Postea cum s. q. Vini veteris diluta, expressa per linteum, & epotata, præsantissimum censetur remedium contra Pestem, 3. Palmarius lib: de febr: pestil: cap: 18. Abrotanum ex Vino sumptum, ad Pestem, & exitialia Venena, præsentissimo atq; efficacissimo auxilio esse fertur.

## XVI. MORSUS DIABOLI.

1. Fuchsius de Hist: Stirp: cap: 274. Præsantaneo remedio ad maturandos atq; adeo sanandos Carbunculos adhibetur, si Herba viridis trita imponatur, aut decoctio ejus in Vino bibatur. 2. Morecottus de medic: simpl: Herba Succisæ decoctio cum radice in Vino pota, resistit Pesti. 3. Weinrichius in Homil: 3. super 91. Pf: Radix Succisæ utilis est contra Pestem & alia Venena. 4. Matthioli: comm: in lib: 2. Diosc: c. 174. Morsus Diaboli radix per se estur, aut ejus decocti vinum utiliter bibitur ad auram Pestilentem arcendam; item herba si viridis trita Carbunculis Pestiferis imponatur, præsantaneo remedio (ut ajunt) eos sanat, aut si vinum, in quo decocta fuerit, bibatur. 5. Crato in libel: de Peste. Laudantur ab omnibus peritis Medicis ad im-

R 3

ponen-

ponendum Carbunculis 3. ista Herba: Morsus Diaboli, Scabiosa & Consolida major. 6. Palmarius cap: 18. Morsus Diaboli Pesti adversatur, quocumq; modo usurpatur. Herba & radix siccari, Antidotisq; miseri solent. 7. Lonicerus cap: 161. Parte 2. sui Herbar: Radix Succisa Autumnis collecta, adversatur veneno Pestilentiali. 8. Tabernæmontanus, lib: 1. Sect: 5. cap: 15. Si radix hujus herba dissectetur in orbiculos, eorumq; decem vel plures Vinis imponantur, & de hoc jejune haustus bibatur, praeservat à Peste. 9. Kentmanus Parte 2. sui Regim: de Peste. Radix, flores ac folia Succisa contusa & Buboni Pestilentiali imposita, extrahunt omne Venenum, & ulcus consolidant. 10. Schwenckfeldius lib: 1. Catal: Morsus Diaboli adversus ictus virulentorum, Venena, & Pestilentes morbos, non minus, quam Scabiosa efficax. Praesentaneum remedium ad maturandos Carbunculos, herba recens imposita & ex Vino pota. 10. Gebeleoverus in Jatro Wittenberg: parte 3. Si quis cochlearia duo vel tria mane sumpserit Vini, in quo radix Morsus Diaboli macerata fuerit, eo die ab hac contagiosa lue immunis erit.

## XVII. ROSMARINUS.

1. Ruellius de nat. Stirp: lib: 3. cap. 50 Rosmarinus crematus, tutam praestat in Peste domum, nidore suo, improbam namq; Aeris diluit pernitiem 2. Arnoldus Villanovanus: Si Arteria brachiorum & temporum intingantur Vino ex Rosmarino, illico vires Cerebro & Cordi communicant, & perinde aure contagiosa & Pestilenti morbo valde occurrunt, partes illas principes adversus hujusmodi.

justo.

*iusmodi Luem armando & custodiendo. 3. Fuchsius de Hist: Stirp: cap: 182. Recentiores tradunt, tutam prestare domum in Peste hanc Plantam crematam, & nidore suo Aeris pernitiem discutere. 4. Palmarius lib: de febr: Pestil cap: 18. Rosmarinus seu Libanotis incensa, suffitu tuam domum à Peste prestare creditur & c.*

### XIIX. ACETOSA.

1. Montagnana in Confil: med: Scio ego, quod si ager bibat manè  $\zeta$ iii Succii Acetosa cum  $\zeta$ i Aqua Ros: esse singulari remedium in febre Pestilenti. 2. Vallesius tract: de Epidem: cap 9. Remedium est adversus Pestem preservativum, si quis sumat unum Bolum de Acetosa manè, & alium vesperi. 3. Marsilius Ficinus in Epidem: c: 6. Acetosa in Peste non pratermittenda, est enim virtus ejus singularis. 4. Mizaldus in Horto Med: Acetosa mirabilem habet energiam adversus Luem Pestiferam, si aceto macerata, matutinis sumatur boris, felici experimento probatum remedium. 5. Anton: Gueincius in lib: de Peste. Acetosa mirabilem habet virtutem adversus Pestem, sicut ego accepi à fide digno quodam, apud quem saviente Peste quavis, nullus unquam locum mutavit, adjutus presidio hujus Planta. Cujus bolum, ante prandium & cenam die qualibet ex domesticis unusquisq; sumebat, & si deesset ejus copia, pulverem ex ea ressecat à in Vino albo presumebat, utebaturque nonnunquam Pill: Ruffi, ex quo nullus domesticorum ejus unquam Peste correptus fuit. 6. Ulltadius in Tractat:

de Epi-

de Epidemia: *Acetosa* singularem vim habet contra Pestem, precipue si addatur *Iberiacæ*. 7. Joubertus in Tract: de Peste, cap: 19. *Acetosa* folia in aqua & Aceto prius mersa & pro jentaculo devorata, summum adversus Pestem remedium esse, plariq; adfirmant. 8. Franciscus Valleriola cap: 2. Adpend: locor: comm: *Acetosa* folia, Aceto prainfusa, medicinam faciunt antes omnes laudant in Pestis preservatione. 9. Joan: Renodæus lib: 1. Dispenf: Sect: 7. cap: 11. *Acetosa* Cor recreat, putredinem arcet, refrigerat, & aqua ex eâ destillata febribus Pestilentibus confert. 10. Eultach: Rudius lib: 3. Pract: cap: 30. *Acetosam* quoq; inter alia simplicia, quæ Pestiferis febribus resistunt, recenset, eamq; commendat. 11. Schvvenckfeldius lib: 1. Stirp: Siles: *Acetosa* biliosis & Pestilentibus febribus adversatur. 12. Balthasarus Pifanellus lib: de eleculent: ac potul: facult: *Acetosa* febribus Pestilentibus inprimis utilis, sicim enim tollit ac putredini resistit. 13. Quercetanus in Diætet: sect: 3 cap 3. *Acetosa* omnibus resistit putrefactionibus, ac idcirco febribus confert Pestiferis. 14. Kentmanus in Regim: Pestis. Folia *Acetose* pulverisat a pondere ʒi manè & Vesperis, cum pauxillo *Sachari* permista, utiliter contra Pestem sumuntur, æstate quidem cum Aqua appropriata, hyeme verò cum Vino. 15. Keglerns in regimine de Peste. *Acetosa* 6. vel 7. folia viridia jejuno stomacho comesta, probati remedii loco habentur adversus Pestiferam infectionem. 16. Ioh: Pickerus in Hermete redivo Sect: 3: c. 10. *Acetosa* aliquot folia in aqua & aceto prius mersa, & pro jentaculo sumpta, a Peste preservant.



## XIX. VALERIANA.

1. Castor Dürandes in suo Herbar. *Rad. Valeriana contusa, & cum vino sumpta, abigit Pestilentem contagionem.* 2. Henricus à Braa in Catal: *Decoctum rad: Valer: cum vino aut cerevisia tenui bibitum valet contra Pestem.* 3. Matthiæus comm: in lib. 5. Diosc. *Valeriana seu Phu præstat ad Pestilentiam, non modò haustum, sed etiam olfactum.* 4. Ioh. Bokel. in tride Peste. *Kadix Phu vel odorata, vel pulverisata cum vino data, proleto inde sudore, venenum Pestilens à Corde longè dispellit.* 5. Lonicerus parte 2. Herbar. cap. 120. *Radix Valer: in potu exhibitæ, vel odorata, virus pestilens infringit, Aerisq; malignæ infectioni resistit.* 6. Hieron: Tragus in Hist: Stirp. *Valeriana radix, tempore Pestis pota, contra Aeris intemperiem utilis.* 7. Schnellenbergius, cap. 18. de Herbis antipestif. *Valeriana radix resistit omnibus virulentis odoribus, & Aeri infecto, idcirco communis ejus usus est tempore Pestis, gestata enim in manibus frequenterq; odorata, præservat hominem ab Aere pestilenti.* 8. Tabernæmontanus lib: 1. Sect. 5. cap. 16. *Radix Valer. valet contra Pestem, atq; in compositionem Theriaca recipitur.* 9. Petrus Sibyllenus in lib. de Peste. *Radix Valeriane super Pectore gestata, Cor., ut experientia testatur, specificè suâ virtute contra Veneni Pestiferi impetum tuetur ac defendit.* 10. Caspar Schvvenckfeld lib. 2. Catal. Stirp. *Valeriana miscetur Antidotis, quod venenatis bestiis ac Pesti resistant.* 11. Mercurialis: *Valeriane radix nobile præservativum habetur, ad Pestis malignitatem profligandam.*

## XX. CHELIDONIUM.

1. Tabernæmontanus lib: 1. Sect: 2. cap: 2. Chelidonii insignes vires sunt, resistendi veneno Pestifero. 2. Paræus lib: de Peste. Sunt qui Chelidonii majoris & Malvarum succum, cum Aceti ℥iij expressum, & ℥i Olci Nucum bibunt, mox enim à multâ deambulatione venter sursum ac deorsum laxatur, & sic liberantur. 3. Palmarius cap: 18. de Pest: febr: Succus rad: Chelidonii majoris ex Vino albo, & Aceti Rosar. momento expressus, nonnullis presentaneum auxilium in Peste attulit, & virus sudore foras expulit. 4. Lonicerus parte 2. Herb: cap: 201. Manipulus Chelidonii majoris purgatus, in Rosaceo Aceto justâ quantitate decoctus & colatus, additâ ℥i℥ Theriaca, contra Pestem efficacissimum est, ac multorum experientiâ comprobatum remedium. 5. Crato à Craffheim de Peste. Radix Chelidon: coquatur in aqua & Aceto, Hyeme verò in vino, & de eo bibatur, quamdiù curatione infecti hâc lue indigent. Idem: Commendatur Chelidonium inter efficaces herbas ad Pestem. 6. Tragus lib: 1. Hister: Stirp: Majoris Chelidonii radix purgata, & in sextario Aceti ros: cocta, ita ut deinceps, percoletur, decoctoquè adjiciatur Theriaca ℥i℥, cyathiquè vulgaris mensura exhibita, correptos, à Peste (atque testante id certâ experientiâ) liberabit, si, postquam biberunt, in lectum ad sudorem se composuerint. 7. Castor Durandes in Herb: Chelidonium majus in Aceto ros: coctum, & cum ℥i Theriaca sumptum, Pestem abigit. 8. Schvvenckfeldt lib: 1. Catal: Radix Chelidon: aceto

cocta,

cocta, aduersus Pestem bibitur. 9. Anonymus in lib: msc: Chelidonii majoris Mij cum herba & radice coque in Aceti opt: Visiis super prunas in olla vitreata cum operculo, cujus ore sine munita luto per sesquiboram. Deinde colatum Acetum in phiala vitrea reponere Cujus cochlearia 3. plena dabis Peste correpto, & si reuomueris, iterum da, & sudorem praecipere.

## XXI. CÆPA.

1. Michael Mercatus in lib: de Peste. Cape Succo Cape ʒi, Mellis ʒij Aceti Vini ʒiij fiat Mixtura, que detur egro bene coperto ut sudet, expellitur omne Venenum. 2. Guenierius de Peste diff: 2. cap: 3. Capa cum lacte sive Butyro comesta, mirabiliter confert in Peste. 3. Paræus lib: 21. Licet crassiores Capam excavatam, Theriacq; ʒβ & Aceto impletam sub cineribus coquere, dein exprimere expressumq; succum cum aqua Oxalidia, Carduib: aut aliâ quavis aquâ Cardiacâ, Vinoquâ generoso diluere, & egro propinare ad Sudorem in Peste proliciendum, & Venenum debellandum. 4. Marsilius in Epidem: cap: 9. Succum Caparum albarum quidam cum Aceto contra Pestem exhibent. 5. Ullstadius in Tract: de Epidem: Tradit Avicenna, quod si quis Cape crudum ex lacte comedat tempore matutino jejune, cum totâ die ab Epidemiâ, certissimè praeservari. Sunt qui assata 2. vel 3. Cape & excorticata in Acetum ponunt, & ita jejuno stomacho comedunt. 6. Tragus lib: 2.

de Plant. *Qui opera exercent, manè Capam crudam cum Sale & Pane, Theriaca loco citare solent aduersus Aerem infectum, persuadentes sibi, eo die tutos à Pestilenti Lue fore, qui hoc remedio usi fuerint, nec illos spes fallit, siquidem experienciâ constat, aduersus intemperiem Aeris, ut nihil vulgatius, ità nec efficacius quidquam hâc Theriacâ reperiri.* 7. *Lonicerus parte 2. Herbar. cap: 208. Operarii & laboribus adsueti, manè cum Sale & pane, aduersus Aerem infectum, non exiguo remedio, ut experientia id ipsum ostendit capis vescuntur.* 8. *Roscellus in secret: Arcanum Pestis habetur, Succum Caparum expressum exhibere in potu, reliquam verò Caparum pulpam Tumoribus Pestiferis imponere.* 9. *Alex: Pedemontan: in lib: Secret. Sumito Capam unam, quæ cum per medium incisa, excavata, & optimâ Ther: impleta fuerit, coquatur sub cineribus, linteo madefacto, deindè auferatur, & Succus exprimatur, de quo sumat æger, coctileare unum, & sit atim persanabitur, magma verò Buboni adponatur.* 10. *Mizaldus in Centur: Aperitur & excavatur Capa alba, eâ parte, quâ radices spargit, præstantiq; Theriacâ, succo Citri subactâ, infarcitur, & occluso foraminis ostiolo, ipsa met particula, quæ derasa fuit, papyro, vel chartâ Pergamenâ involvitur & deligatur, tum demum sub calidis cineribus tantisper coquenda sepelitur, donec probè emollita fuerit, ut cremor ab expressione stillans excipi possit, sanè quàm utilis bis qui Peste laborant, sed illic eos sudare oportet.* 11. *Andreas Libavius Tomoz. Syntagm. Arcan. Alch. lib. 8. cap 8. Capè assantur sub cineribus vel in Sartagine, deindè succus expressus, Peste correptis datur.*

12. *Taber:*

12. Tabernæmont. lib. 3. Sect. 3. cap. 47. *Succus Caparum inprimis prodest iis, qui Pestiferà lue infecti sunt.*
13. Matthiolus quoq. ipsum Caparum succum expressum, Peste laborantibus propinare minimè verètur. 14. Crato lib. de Peste. *Capam coctam infunde Aceto vel vino Granat. & Syr. Acetos. Citri an. ʒiʒ, exprimatur succus, & cum aqua Tormentil. detur pro eliciendo Sudore in Peste, materia verò seu substantia ipsius Cape, emplastrum modò, calida adponatur Buboni.* 15. Andernacus & Roscel. *Capa excavata, & Theriacà impleta, Tumorem extrahit Pestilentem, præsertim si Aceti paulum addatur.* 16. Evangelista Quatrambus in Tract: de Peste cap. 6. *Alii succo Caparum manò & vesperi circa emunctoria se illinunt, ut à contagio Pestifero immunes degant.* 17. Hippol. Guarinonius Parte 2. de præcaut. Pestis. quæst. seu probl.
14. *Scias, inter omnia Topica quæ usurpantur ad maturationem Bubonum pestiferorum, vix ullum præstantius reperiri Capà assatà.* 18. Paræus lib: de Peste. *Capam magnam excava, imple Theriacà cum foliis Ruta, deinde coque sub cineribus calidis postea contunde cum pauco fermento & axungia suilla, & imponatur calidum Abscessui, mutetur & substituatur aliud novum singulis 6. horis.*
19. Bened. Victor. Faventinus, lib. 2. medicar. Empir. cap: 21. *Accipe Cape unum scissum secundum latitudinem, per medium, deinde unam medietatem linies cum Ther: opt: & Apostemati adpones & optimum videbis experimentum, in attractione materia pestilentis ad extrà &c.*
20. Petrus Bayrus in Tract: de Peste. *Cape unum grossum perforabis in medio, foramen repleatur Theriacà, dein*

coquatur sub cineribus ignitis, & pista, & adplica super Bubonem Pestilentem. 21. Forestus lib: 6. de Febril: Cbl: 20. Chirurgus quidam Bubonibus Pestilentialibus adplicabat Capas coctas & contritas cum Sinapi albo recenter molite. Quod si Sinapi album deesset, ejus loco sumebat Theriacam, & cum Capis contundebat & miscebat, nequè alio attractivo medicamento utebatur, quo remedio subindè intra 3. dies Bubo maturabatur. 22. Bartholomæus Hubnerus in Diatet: lib: 3. cap: 37. Capa contusa in mortario, ac Theriaca permista, utilissimum prabet Emplastrum in maturandis Bubonibus. 23. Cornelius Agrippa in Antid: contra Pestem, parte 2. operum suorum. Capas excavatas, imple Theriacâ, & coque sub cineribus, coctas & contusas Emplastri modo, cum pulv: Dipt: & Tormentil: impone Abscessui, est enim tuçis: remedium, venenum eliciens ac perimens. 24. Achilles Gassarus in suo Tract: de Peste, laudat etiam Cataplasma ex Capis & Theriaca contusis, Bubonibus adhibitum.

## XXII. CHAMÆLEON.

1. Joachimus Schillerus in lib. de Peste Britan: Inter reliqua, quæ nos tuentur arma, clypeosq;, quibus veteres malo huic, Pesti scilicet adversum fuisse video, sunt præcipuè Chamæleon & Angelica. 2. Lonicerus parte 2. Herbar: cap: 23. Radix Chamæleontis trita, & zi pondere cum Vino pota, Pesti salutiferam medicamentum existit. 3. Tragus lib: 2. Hist: Plantar: Chamæleontis albi radix in pulv: redacta, ac zi pondere ex vino sumpta,

sumpta, Pesti adversatur, quo nomine pecori, potissimum  
 autem Suis nonnulli hanc radicem exhibent, persua-  
 dentes sibi hoc pacto, jumenta & Sues à feda ac Pestilenti  
 hâc lue conservari posse. 4. Andernacus: Chamaleon-  
 tis, vulgò Carlinae radix, in Peste, magnam fert opem.  
 5. Thomas Jordanus, Tract: 3. de Peste phænom: :  
 Radix Chamal: in pulverem trita, vel Cordialibus aquis  
 decocta & hausta, securos à Peste reddit. 6. Amatus  
 Lusitanus comm: in Diosc: Chamaleon albus, Italis  
 Carlina, quod vulgus credit, herbam hanc olim Carolo  
 Regi magno ad fugandam exercitus sui Pestem, ab Ange-  
 lo demonstratam fuisse, tamquam Antidotum omnium  
 præstantissimum. Quo argumento freti vulgares, quam-  
 plurimi ad arcendam Pestem, hujus Plantæ radices, mi-  
 rra laudibus commendant. 7. Matthiolus comm: in  
 lib: 3. Diosc: Chamaleontis albi radicem vulgus ma-  
 gnificat adversus Pestis contagia, si quotidie 3i propine-  
 cur. 8. Galster Durandes in Herb: Radix Carlinae  
 3i cum Vino sumpta, valet contra Pestem. 9. More-  
 scottus de Simpl: medic: Radix Carlinae pulv: & 3i  
 sumpta, resistit Pesti. Tercer Caroli Magni exercitum  
 liberatum fuisse hâc radice, à Pestifero contagio. 10. Fuch-  
 sius cap: 340. de Stirp: Recentiores Rad: Chamale-  
 ontis pondere 3i in Vino sumptam, contra Pestis conta-  
 gia prodesse tradunt. 11. Casparus Schvvenckfeldius  
 lib: 1. Catal: Stirp: Chamaleon Venenis omnibus resi-  
 stit, & Pestifera contagia arcet. 12. Fumaneillus quoq;  
 lib: de Peste cap: 5. hanc radicem inter Antidota Pestis  
 reponit.

## XXIII. ARON.

1. Iohan. Bruerynus Dipnosophia lib. 8. cap. 6. Dicunt, *Ari* esum salutarem esse in cibis tempore Pestis.
2. Tarquinius Ocyorus, cap. 2. de Herb. antipest: *Aron* propter insignes virtutes, quas habet contra Pestem, miraculum natura adpellat.
3. Fumanellus lib: de Peste cap: 15. *Ari* radix in Peste salutaris est, in cibo sumpta.
4. Plinius lib. 24. c. 16. tradit, Radicem *Ari* in cibis usurpatam, tempore gliscentis contagii admodum esse salutarem.
5. Lonicerus parte 2. Herbar. cap. 268. *Folia Ari* viridia, si ullum aliud ad ulcera Pestis sananda sunt efficacissima.
6. Tragus lib. 2. de Stirp. *Radix Ari*, maxime maculata habentis folia, siue sicca, siue recens tusa, ac zi pondere sumpta, remedium est praestantiss: ac minimè fallax adversus Pestis Venenum.
7. Fuchsius cap. 22. Hist. Stirp. ex Plinio. Dicunt & *Arum* salutare esse in cibis.
8. Georg. Agricola lib. de Peste. *Aron* in Peste salutare esse, in cibis sumptum, aliquos dixisse, Plinius litteris prodidit.
9. Ioh. Kentmanus parte 2. sui Regim. de Peste. *Radix & folia Aronis* contusa imponantur Buboni Pestilenti, & attrahent Venenum, Apostemaq; rumpent.

## XXIV. ARISTOLOCHIA.

1. Bernh: Cronēburgius de Peste. *Inter Pestis Alexipharmaca* numeratur quoq; *Aristol: rotunda*.
2. Joan: Vochs Tract: 1. de Peste cap: 14. *Pulveris Aristol: rot: robusto* zii vel zi, Pueri zi ex Cerevisiâ calidâ propinato, purgat à prae cordiis, & resistit Putredini sicut Myrrba.
3. Petrus Apponeasis cap: 4. de remed: Venenor: sextum

locum



locum tribuit Aristolochia inter principales herbas, contra  
 Venena excellenter valentes. 4. Tragus lib. 2: de Plant:  
 Aristol: vulg: radicem in pulv: redactam, adversus Vene-  
 num ac Pestilentiam ex Vino bibendam exhibent. 5. Tar-  
 quinius Oeyorus cap: 12. de herbis antipestif: Radix  
 Aristol: cocta in Vino, & de hoc manè 3. aut 4. cochlearis  
 sumpta, preseruat à putrido Aere ac Venenosa infectione.  
 6. Jobus Fincelius, in tract: de curâ Pestis. Qui Peste  
 infectus est, sumat cochlear unum Aceti, in quo per aliquot  
 dies infusa sint folia & radix Aristol: & inde ad sudorem  
 se componat, Experimentum egregium est in quampluri-  
 mis probatum. 7. Augenius lib. de Peste 3. cap: 10. Pul-  
 vis Aristol: utriusq; mixtus cum succo Acetose purificato,  
 perquam utilis erit in Peste. 8. Palmarius in lib: de  
 Pestil: febr: cap: 18. Aristolochie radix incidit & atten-  
 nuat, Pestilentibus febribus accommodatissima est. 9. Pe-  
 trus Sibyllenus de Peste. Aristolochia radice 3i pro a-  
 dultis sumpta, à præcordiis & spiritalibus membris purgat,  
 resistit putredini, & contra Pestis venenum presens est me-  
 dicina.

## XXV. IMPERATORIA.

1. Cunradus Kunrad 2. parte Medul: destill:  
 Tract: 12. Radix Imperatoria adversatur infectioni ac-  
 ris, & curat tuem Pestilentem. 2. Matthiolus comm:  
 in lib: 3. Diosc: cap: 65. Radix Imperat: Epidemii mor-  
 bis opem præstat. 3. Crato in tract: de Peste. Ostrutium  
 seu Imperat: valet ad preserandum à Peste. 4. Thurn-  
 heiferus lib: 1. Hist or: Plant: cap: 2. Quidam Scriptorum

T

recen-

recentium prodidère, Succum radice, & sem. Imperatoria, intoxicatis Pestis contagia, Aerisq; balitib; venenatis quibuscumq; optimum esse Antidotum. 5. Joh: Kentmannus in Regim: suo Pestil: Radix Imperat: ore detenta ac masticata, prasantiss: est remedium contra Venena omnia, imprimis verò ejus usus commendatur tempore grassantis Pestilentia. 6. Tarquinius Schnellenb: cap: 11. Si de radice Imperator: duo vel tria frustula manè cum Sale edantur, confortant Ventriculum frigidum, & ab aere Pestilenti præservant. 7. Tabernæmont: cap: 13. Sect: 3. lib: 1. Si ʒʒ hujus radice cum ʒi Theriaca, & Aqua Imperat: ʒij calidè sumatur, ita ut sudorem pellat, omne Venenum Pestilens potenter discutit atq; ejicit. 8. Fuchsius de Stirp: cap: 294. Hæc herba ejusq; radix adversatur unice Venenis, itemq; Pestis populariter grassantis contagia arcet. 9. Keglerus in Regim: de Peste. Imperat: radix manè cum Sale comesta, optimum est Pestis præservativum, confortat quoq; stomachum naturà frigidiorum.

## XXVI. BETONICA.

1. Alexander Bened: in Pract: Alii Betonicam summis laudibus effèrunt ad Pestem ex Vino, vel sicca pulverem, violentiam enim morbi ad exteriora pellit. 2. Henricus Dobbin de Peste. Betonica valet contra Pestem & omnia Venena. Si quis tempore Pestis pulverem fol: Beton: ex vino sæpius adsumpserit, Pestilens virus per urinam expurgabit. 3. Caspar Keglerus in tractat: de Peste. Folia Beton: pulv: saccharoquè admixta, & ʒi

Trages:

Tragea instar manè comesta, vel folia aliquot recentia  
 masticata, maximè præservant à Peste. 4. Tarquinius  
 Oeyorus cap: 4. de herbiantipestit: Si quis se præser-  
 vare velit à Pestilentis aeris contagio, is manè jejuno sto-  
 macho sumat pulverem Betonica cum Vino, aut cum Aq:  
 Beton: Res est experta, & multorum testimoniis compro-  
 bata, præcipuè autem Johannis Pistorii experimentis ob-  
 servata. 5. Savanorola in Pract: Betonica mirabiliter  
 valet in putrefactione Aeris, & venenositati resistit.  
 6. Manardus in Epist: Portata item profunt folia Be-  
 ton: 7. Fuchsius in Stirp: hiltor: cap: 134. Radix  
 Beton: altitil contra Pestis contagia utilem esse tradunt.  
 Et Succus ejus Pestis arcet contagia, atquè etiam hau-  
 stus, si jam morbus invasit, liberat. 8. Georgius A-  
 gricola libro 2. de Peste. Succus Beton: bortenſis peru-  
 tilis est Pestilentie, bibitus Ziij pondere. 9. Fumanel-  
 lus libel: de Peste cap: 5. Succus Beton: epotus, etiamsi  
 jam Pestis invaserit, liberat. 10. Palmarius cap: 18.  
 de Pest: feb: Folia Beton: pulver: & ex Vino sumpta,  
 rabidorum animalium morsibus, & Venenatorum ictri-  
 bus, magno sunt adjumento, & à Venenis liberant,  
 & contra Pestem non parum laudis obtinent.

## XXVII. CALENDULA.

1. Pamphilus Florenbenus in coll: de Febr: ex Sa-  
 vanorola: Exhibent nonnulli succum herbe, quam Ca-  
 lendula vocant, statim in principio Pestis, calidum,

usq̄ ad ℥iij. mox agrum cooperiunt, ut sudet; deindè laborantem reficiunt, adseruntq̄, hoc medicamine curari posse Pestem. 2. Morecottus de Simpl: med: Conserva florum Calendule, contra Pestem & corruptum Aerem prodest. 3. Goclenius in Loimograph: Experimento didici Calendule succum, materiam venenatam ad glandulas trudere, sudorem ciendo. Idem ibid: circa finem Libri: Succus Calendule in primo statim initio exhibetur, mirabiles in provocando sudore prodit vires. 4. Jatrion Wirtenbergicam Parte 3. Ex floribus Calend: exprime succum huncq̄, jeuno da bibendum, præservat à Peste. 5. Georg: Agricola lib: 2. de Peste. Succus Calendule per se utilis est Pestilentia. 6. Palmarius cap: 18. Flores Calend: conditi, non paucos Pestilentis aeris contagione liberasse traduntur. 7. Thomas Erastus, Epist: medic: 24. Nihil magis hæctenus profuisse in Peste, qua in viciniâ grassata est, intelligere potui, Succo Calendule, mox à principio exhibito. 8. Mindererus de Peste, cap: 15. Succus Calend: ℥ij Vel iij pondere, salutari plane effectu sudaturis porrigitur.

### XXIIX. BACCÆ JUNIPERI.

1. Paracelsus in Tract: de Peste. Bacca Junip: matura tundantur in mortario Pultis instar, coquantur in aq: fontanâ vel in Vino, semper agitando, usq̄ dum satis videbitur, & per lineos Saccos densos Succus exprimatursub pralo, melius tamen fuerit, non addere vinum neq̄, aquam, si modo recentes succiq̄, plena sunt Bacca. Succus hic pestea coletur per pannum mundum, igneq̄, lento rursum  
exco.

excoquatur ad justam spissitudinem. Inter coquendum,  
 agitandum est adsidue, ne sapiat adustionem, neve effe-  
 veat, postmodum aromaticis condiendum est, alioquin ne-  
 quit perdurare. Dosis est adultis, cochlear unum, junio-  
 ribus vero dimidium cum vino. Aeri Pestifero plurimum  
 resistit, est enim valde preservativum. 2. Petrus Droettus  
 de Peste. Juniperus & ejus Bacca, ignibus injecta, sua-  
 vem spirant odorem, tempore Pestis, 3. Lubertus à Braa.  
 Baccarum Juniperi magnus est usus ad Pestem seu pre-  
 servandam seu curandam, seuè intrinsecus per se sola, vel  
 aliis admista sumantur, sive extrinsecus in suffumigiis u-  
 surpentur. 4. Bernh: Cronenburgius. Juniperi grana  
 aceto macerata, manducentur adversus Aeris infectionem  
 tempore Pestis. 5. Gerard: Bergensis in lib: de Peste,  
 præserv: Si tempore Pestis, foras eundem erit, in ore te-  
 neantur ac masticentur Grana Junip: aceto Rosacco ma-  
 cerata, 6. Fracastorius, de contag: lib: 3. cap: 7. Juni-  
 perii grana in ore versantur, quo Aer inspiratus, sincerior  
 ingrediatur. 7. Marsilius in Epidem: Tam ipsa folia  
 Junip: quam eorum succus ex vino bibitur contra Pestife-  
 ram infectionem. 8. Tragus lib: 3. Hist: Plant: Bacca  
 Juniperi, singulari apud Germanos remedio, ad grassan-  
 tia Pestis contagia usurpantur. 9. Gerardus Dorneus  
 in Pract: Theophr: Nobile preservativum Pestis est suc-  
 cus Bacc: Juniperi per coctionem nonnihil inspissatus, cu-  
 jus dosis est cochlear unum pro adultis. 10. Manardus  
 lib: 5. Epist: 3. Summè conferret, si cantuari, in quibus Vi-  
 num conservandum, forent ex ligno Juniperi. 11. Ruel-  
 lius lib: 1. de nat: Stirp: cap: 90. Juniperus, cum virens

præsertim ignibus dicatur, crepitat, & non injucundum  
 fumum expulit, qui odoris suavitate, grassantia Pestis con-  
 tagia depellit, & sediore eluit pernitiem. 12. Tarquini-  
 us Ocyorus cap: 20. de herbis antipestif: Grana Juniperi  
 jejune comesta, præservant hominem ab Aeri infecto  
 & corrupto. 13. Tabernamontanus lib: 3. Sect: 2. c. 10.  
 Bacca Juniperi frequenter masticata, Pestis tempore, abi-  
 gunt contagium perniciosum, Aerisq; infectioni resistunt.  
 14. Castor Durandes: Bacca Juniperi in aceto macerata  
 ac masticata, venenatam ac pestilentem auram pellunt.  
 15. Kunradus in Parte 1. Medul: destill: Tract: 20.  
 Insigne Pestis præservativum est, si Grana Juniperi per  
 noctem in aceto Vini macerata, rursusq; exsiccata, ad sex  
 vel 7. mane deglutiantur, arcet enim omnem malignam  
 aeris qualitatem. 16. Schwenckeldius lib: 1. Catal:  
 Stirp: Bacca hæc contra febres Pestil: efficacissime bibun-  
 tur. Lignum quoq; ejus accensum suavissimum olet, aerem  
 purgat, Pestis tempore, & Serpentes fugat. 17. Palma-  
 rius cap: 18. de feb: Pestil: Bacca Juniperi occultâ  
 proprietate, adversus omnia venena præstantes habentur,  
 præsertim verò adversus Pestis injuriam. Eâ itaque  
 grassante, hæc & intro sumi cum Aqua Carduib:  
 vel vino albo, & ad Suffitus usurpari solent, & aliis  
 Antidotis misceri. 18. Mizaldus in adpend: Centu-  
 riar: Quidam Peste laborans, Electuario è Granis  
 Juniperi liberatus est. 19. Eusebius Wildeck in Re-  
 gini: suo. Bacc: Juniperi 15. vel 20. mane devorata, opti-  
 mè à Peste præservant.

## XXIX. GENTIANA.

1. Fracastor: in lib: de Contag: *Gentiana radix in ore versetur, quo Aer, qui inspiratur, sincerior ingrediatur.* 2. Palmarius cap: 18. loco antè cit: *Nos Gentiane radicem, adversus Pestilentium febrium contagia, utilissimam exploravimus, summâ enim amaritudine putredinem coerces, & noxios ichores siccando absorbet.* 3. Lonicerus parte 2. Herbar: cap. 130. *Radix Gentiane usurpatur contra Pestem aliâque venena.* 4. Crato de Peste. *Inter Alexipharmaca Pestis numeratur quoq; Gentiana.* 5. Tragus lib 1. Histor: Plantar: *Gentiana, Theriaca Germanorum est, & sunt nonnulli, qui eam adjunctis Lauri Baccis, & aliis quibusdam radicibus, melle conditam, pro Theriaca vendunt, & pro eâ utiliter usurpant.* 6. Henricus Dobbin de Peste. *Quia magnis laudibus efferuntur radices Gentiane contra Pestem, masticari & in ore contineri debent.* 7. Schnellenbergius cap: 8. de herb: antipeltif: *Radix Gentiana pulveris: & ʒi pondere cum sol. Ruta & Zingib: in Vino sumpta, probatum est remedium contra Pestem. Item: Radix Gentian: per noctem, aceto macerata, & manè frustulum ejus masticatum, preservat à maligna Aeris infectione.* 8. Tabernæmontanus libro 2. Sect: 10. cap: 11. *Succus Gentiane prestans medicina censetur contra Pestem & venena alia.* 9. *Idem testatur etiam Matthiolus, comm: in lib: 3. Diosc: cap: 3. Et Castor Durand: in Herbar: 10. Schvvenckfeldius lib: 1. Catal: Stirp:*

Contra.

*Contra Pestis contagia, Gentiana Antidotis additur.* 11. Georg: Garnerus in Epit. libri de Peste cap: 18. *Præservandus à Peste, sumat Succi Gentiane depurati ꝛ cum pauxillo Vini ꝛ ebibat calidè.* 12. Caspar Keglerus in Regim: suo de Peste. *Gentiana pulv: ꝛ cum pauxillo Zingiberis ꝛ fol: Ruta sic: manè in vino calido sumpta, probatum alexipharmacum habetur contra Pestem.* 13. Christoph: Hornius in Dial: de Auro Med: *Gentiana malignæ Pestis putredini resistit.*

## XXX. SCORZONERA.

1. Raimundus Mindererus lib: de Peste cap: 15. *Inter alia simplicia, Pestilentia resistencia, Scorzonera quoq; recenset, cuius ꝛ ex vino vel aceto, aut alio liquore convenienti potata, Veneni vim dissipat, frangit, ac per sudorem eicit.* 2. Mathiolus comm: in lib: 2. Diosc: cap: 137. *Scorzonera foliorum aut radice Succus, presentaneo remedio datur potandus, ad quoscumq; Pestiferos morbos. Item: Radix devorata quotidie Pestilentia contagia arcet.* 3. Michael Mercatus in lib: de Peste insigniter quoq; hanc Radicem commendat adversus Pestilentiam.
4. Castor Durandes: *Succus ex foliis ꝛ rad: extractus insignem habet vim à Peste præservandi intrò sumptus.*
5. Tabernamont: lib: 2. sect: 6. cap: ult: *Scorzonera resistit omni Veneno ac Pesti.* 6. Schvvenckfeldius lib: 2. Catal: Stirp: *Succus fol: ꝛ rad: Scorzonere potandus datur presentaneo remedio ad quoscumq; morbos Pestilentes.*
7. Joh: Bokelius in Regim: suo Pestil: parte 1. cap: 17. *Succus Scorzon: è radice ꝛ herba expressus, ꝛ cum pauxillo*

xillo



xillo vini, vel Aqua Carduib: sumptus, per sudorem Venenum Pestilens è corpore exigit. 8. Lonicerus parte 2. Herbar: cap. 415. Radix Scorzonera condita præservat hominem ab omni malignâ infectione Aeris.

## XXXI. GALEGA.

1. Eustachius Rudius, lib: 3. Pract: suæ cap: 30. Succus Galegæ seu Ruta Capraria, si pondere ʒß cum aliquâ portione Succu Citri propinetur, mirificè prodest in febre Pestilenti. 2. Lonicerus parte 2. Herbar: cap 357. Galega non immeritò inter herbas antipestiferas recensetur, cum singulari polleat virtute, Veneno Pestilentiali resistendi. 3. Petrus Salius in lib: de Febr. Pestil. cap. 23. Succus Galegæ depuratus in hoc casu valdè prodesse potest, & mirum prodit effectum. 4. Matthiolus comm: in lib. 4. Dioscor. cap. 136. Galegam nonnulli magnificiunt adversus Pestem & lethalia medicamenta, verùm etiam contra ferarum omnium, qua dentibus aut aculeo Venenum emittunt, tum morsus, tum ictus, in quem usum, succum hujus herba bibendum præbent. 5. Henricus à Braa. Anno 1576 cum per totam fermè Lombardiam, Pestis sevisimè grassaretur; multi passim hac lue correpti convalescisse dicuntur, succo Galegæ cum Aceto & Aquâ Carduib: & modico Theriaca hausto, aut ejus decocto ex Vino calidè sumpto, corporeq; postea ad sudorem contacto. 6. Goclenius in L. oimographia. Fallopius adfirmat, Succum Galegæ materiam venenatam ad glandulas trudere, & nullum eo posse certius, aptius ac presentius remedium offerri, cum Natura eodem venenum transmittere capit.

7. Fumanellus lib: de Peste cap: 5. *Adferunt Galega succum jejune potum, vel ejus rad: decoctum, vel herbam, comestam, vel liquorem stillat: sumentes, à Pestilenti febre arcere, & tali febre adfectos sanare.* 8. Tabernamont: lib: 1. Sect: 4. cap: 34. *Galega una est præstantissima marum medicinarum contra Venena, in primis verò contra Pestem, quia multi tempore grassantis hujus contagii, usu illius herbe à malignâ infectione se tutos præstitere, in cibo & potu eam sumentes.* 9. Augenius lib: 3. de Peste cap: 11. *Galega magnam vim contra Pestem habere creditur, quâ multi præservati sunt: Alii eam quotidie in Acetario comedunt, alii cibis incoquunt, ejusq; decoctum bibunt, alii succum eliciunt, & cum vino bibunt, exhibentes ejus ℥iij.* 10. Castor Durandes in Herbar: *Galega br: dio carnis incocta, & indies usurpata, Pesti resistit. Idem præstat Succus ejus cum Vino potus.* 11. Mindere-ras de Peste cap: 15. *Ruta Capraria seu Galega, quoquomodo exhibita Pesti conducit. Hujus enim succo cum Aceto, Aquâ Carduib: & modico Theriaca bausito, aut decocto ejus poto, corpore abhinc ad sudorem composito, complures in Lombardicâ Peste mortem evasisse traduntur.* 12. Quercetanus lib: 2. de Peste cap: 3. *Rutam Capranam, à paucis annis, specificâ quâdam proprietate Pesti ad-versari percepimus.* 13. Libavius lib: 2. Batrachior: in schol: ad cap: 19. *Galega Aspidum, Pestiq; punctularis virulentiam expugnat.* 14. *Commendatur & hæc herba ab Evangelistâ Quatrambo in Tract: de Peste cap: 6. ad curam Pests.*

## XXXII. CITRIUM

1. Joh: Daniel Mylius in Basil: Chym: lib: 6. cap: 47. *Succus Citri Pestilentia contagia arcet, & cuiuslibet veneni presentiss: est remedium.* 2. Augenius lib: 3. de Peste cap: 9. *Cortex Citri Cor aliasq; principes partes muniens, putredini ac Venenis resistit.* Idem cap: 11. *Succus mali Citrii adversus internas ac Pestilentas putredines, venena, & partium principum, inprimis verò Cordis imbecillitatem utilis est.* 3. Lemnius lib: 4. Ocoul: cap: 17. *Ego, cum grassante Peste, nusquam non intrepidè succurrenda plebis ac civium studio me conferrem, illis presidis, ac potissimum Mali Citrii, attrito dentibus succulento putamine recens dissecto, me munire soleo, ac conjectà in D. O. M. fiducia, Pestiferos halitus discutere, nihil enim hujus pomi Cortice, succo ac semine magis efficax ac presentaneum, quod Virgilius etiam non subticuit 2. Georg:*

*Media fert tristes succos, tardumq; saporem  
Felicis mali, quo non prestantius ullum  
Pocula si quando seve infecere noverca.  
Auxilium dabit, & membris aget atra Venena.  
Flos adprimè tenax: animas & olentia Medi  
Ora fovent illo, ac senibus medicantur anhelis.*

4. Marsil: Ficinus in Epidem: cap: 6. *Citri Cortices & semina, cum Aceto & Aqua Ros: preservant à Peste.* 5. Montanus Curat: 13. febr: *Citrum remedium optimum in febribus Pestilentibus.* 6. Baptista Fiera

in Tract: de Peste. *Semina, flos, folium, & cortex, frigentia mulcent corpora, & depurant Aera Pestiferum.*  
 7. Crato in lib: de Peste. *Ad preservationem imprimis utile est in ore tenere Cortices Citri exsiccatos.* 8. Matthiolus comm: in lib: 1. Diosc: cap: 131. *Semen Citri potum Venenis adversatur, & succurrit Pestilentibus febribus.* 9. Alexand: Bened: de Peste. *Citria mala utilia sunt, quia Aeris Pestilentis noxiam abigunt, si quotidie manducantur.* 10. Gualtherus Bruel in Praxi. *Succus, Semen & Cortex Mali Citrii, utilissimè sumuntur à Pestiferà Lue infectis.* 11. Mindererus de Peste cap: 15. *Ex simplicibus medicamentis in Peste extirpandâ singulariter convenientibus, eximia laudem meretur Citrium pomum, semine, pulpâ & Cortice usitatis: bibuntur, Seminis ðj circiter ex Vino, aut aquæ Acetosæ ad internam arcedam putredinem. Succus sudorem prolicet, ac quandoq; per hunc educit Pustulas. Cortex oris commendans balitum, vitales Spiritus rescit, & Pestilentis Aeris noxiam emendat.* 12. Joh: Bokelius parte 1. Regim: cap: 12. *Ad preservationem Pestis secundum Deum, nullum est præstantius ac efficacius remedium Succo Citri ac Limonium, siue per se sumpto, siue aliis cibis permixto.* 13. Barth: Montagnana: *Semen Citri contrariatur omni veneno à Pestis, dando ejus ʒi cum Vino aromatico.* 14. Fumanelus de Peste cap: 5. *Semina Citrii mali & totum pomum, venenis summè contraria sunt, ipsa enim Venenum exstinguit cum vino datum, & in Pestilenti febre, non tantum Semen, sed & succus, ac Cortex valdè commendantur.* 15. Ioan: Poppius in Enchirid: suo experimen-

tor: *Succus Citriorum* insigne est Cardiacum, pellit venena, & tota substantia Pesti contrariatur. 16. Joan: Bruerynus de re cibarij lib: II. cap: 31. *Succus Citricum Sacharo decoctus*, servatur ad febres ardentis, & Pestilentia contagia. 17. Manard: in Epist: medic: Ad preservationem a Pestilentis aeris contagio, Semen Citri in ore teneatur, & post masticationem deglutiatur. 18. Anton: Chalmethus; Quibus iacumbit Peste correptos invisere, priusquam Pestilenti aeri se committant, sumant Corticem Citri. 19. Mizaldus in Horto Med: Si pomum Citrium integrum in aqua rosae & Sach: tamdiu coquatur, donec tabescens in jus resolvatur, immunem ab omni veneno & Peste reddet eum, qui mane iusculi vel decocti talis, unum vel alterum cochlear hauserit. Res in pestilentibus contagis & mihi, & fidis amicis meis feliciss: successu saepe experta & comprobata. 20. Castor Durandes in Horto Sanit: Semen & Succus Citriorum praeservant a Peste. 21. Fernelius lib: 5. meth: cap: 21. *Succus Mali Citrii adversus internas & Pestilentes putredines*, venenag: imprimis utilis est. 22. Valleriola in adpend: loc: com: cap: 2. *Citri Semen* Avicenna 2: Can: cap: 120. valde commendat, ut quod Venenis omnibus adversari pro comperto haberi velit. Quin & Citri odorem, Aeris corruptelam & omnem Pestem repellere, idem adfirmat, quod & longo usu & experientia comprobatum est a multis. 23. Schvvenckfeldius, lib: 2. Catal: Stirp: Caro Citri, Pests contagia arcet, Semen ejus Venenis adversatur, in febribus pestil: magni usus. 24. Alphonsus Morsecotrus de Simplic: medic: *Succus Citriorum potus sa-*

*pius, curat ac praeservat à Peste. 25. Libavius Tomi  
1. Syntagm: lib: 2. cap: 20. Succus Citri & Limon:  
in febribus pestilentibus optimum habet locum.*

## XXXIII. LIMONES.

1. Ebenbitar Arabs de Limon: cap: 8. *Succus Limonum confert Pestilentibus febribus, resistendo Putredini.* 2. Valefcus de Taranta in Pract: *Confert Sem. Limon 3ß sumere omni die cum Syr: Acetos: vel de Ribes.* 3. Foreltus lib: 6 de Febr: *Tempore Pestis pro praeservatione eorundem Limonis substantia, Sacharo condita, quæ ego sum usus.* 4. Marsil: Ficin: lib: de Epidem: *Limonum semina & cortices, cum vino vel Aceto rosac: sumantur in Peste.* 5. Mizaldus in Centur: *Si in Succum Limonum mittatur numisma puri & obryzi Auri, velejus loco folia Auri, & exacto die naturali illinc eximatur, ac Pesti laboranti succus ille propinetur cum tantillo vini albi, & pulv: rad: Angel: mirum dictu, quantum praesidii adferat etiam deploratis & conclamatis.* 6. Joubertus lib: de Peste cap: 13. *Limonum & Citriorum frustum exorticatur, frigidâ maceratur, & Sacharo insperso comeditur. Mirifica sanè est istorum vis ad propulsandam Aeris venenati contagionem, & humorum fervorem compescendum.* 7. Tabernæmontanus lib: 3, Sect: 2. cap: 15. *Succus Limonum in primis Peste correptis prodest, resistit enim veneno, coercet putredinem, ac Cer confortat.* 8. Augeniu: lib: 3. de Peste cap: 19. *Æstate indies à jejuno bibantur 3ÿ Succ: Limon: vel Arant: acidor:*

vel

vel Granator: nec tibi Pests damnium inferet. 9. Balthasar Pisanellus de escul: facult: Succus Limonum febribus malignis & Pestilentibus confert. 10. Barthol: Hubnerus in Diætet: lib: 8. cap: 14. Succus & caro Limonum confortant Cor & omnia viscera interiora, venenisq; adversantur.

## XXXIV. PIMPINELLA.

1. Autor Hørt: Sanit: cap: 364. Radix Pimpinella masticata vel de collo suspensa, preservat à Peste. 2. Crato de Peste. Inter Alexipharmaca Pests numeratur quoq; Pimpinella. 3. Palmari: cap: 18. lib: de febr: Pestil: Eximia Pimpinella radice laus, ad Pestem, malignasq; febres arcendas ac profligandas si cum vino albo ad 3i bis in die antè cibum propinetur. 4. Matthiolus comm: in lib: 4. Diosc: cap: 45. matthæus Curtius, Clarissimus nostræ ætatis Medicus, ad contagiosas Pestilentes febres, maximè Pimpinellam commendavit. 5. Grattarolus: Pimpinella in Peste laudatur à multis doctis. 6. Henricus Dobbin de Peste. Pimpinella pistata & potui data cum vino, presto valet contra venena, & propterea inter herbas contra Pestem recensetur. 7. Fuchsius de hist: Strip: cap: 1233. Pimpinella usus tum precipuus, cum savientis Pests contagia arcere conamur, unice enim venenis adversatur, & corpora ab hac lue vindicat, si tantum in ore teneatur. 8. Tarquinius Ocyorus cap: 5. de herbis antipestif: Radix Pimpinell: gestata, tustur hominem

à Pests

à Pests infectione, & aurâ venenatâ, confortat Cor & Pulmonem. 9. Tabernæmont: libro 1. Sect: 3. cap: 23. Radix Pimpin: tempore Pests grassantis, in omnibus cibis, ut & potu usurpari debet, quia non solum resistit potenter omnibus venenis, sed & hominem à Pests contagione præservat, & Cor mirificè roborat. 10. Renodæus in Dispens: lib: 1. Sect: 4. cap: 53. Radix Pimpinella febribus malignis ac Pesti conducit. 11. David Herlitius in Regim: Pestii: Fertur, Pimpinellam, tempore magne cujusdam Pestilentie ab Angelo in aere monstratam quibusdam fuisse, quiq; e<sup>o</sup> usi fuerint, servatos fuisse. Si matutino tempore masticeatur, omnem maligni Aeris ingressum per os prohibet. In Vino macerata, & de eo bibita, egregium est præservativum. Effodienda autem radix decrescen- te Lunâ. 12. Joh: Bokelius cap: 17. sui Regim: de Peste. Hæc radix si jejuno ore masticeatur, vel ejus portiuncula deglutatur, admodum infectioni Pestilenti obluçatur. 13. Fumanellus lib: de Peste cap: 5. Pimpinella adversus Pestem valet. 14. Caspar Keglerus de Peste. Pimpinella jejuno stomacho manducata præservat hominem ab infectione Pestilenti, præsertim brumali tempore, & confortat Cor ac Pulmones. 15. Turnheiferus cap: 11. Lib: 1. Hist: Plant: Quidam Medicorum radicem Pimpin: in Peste populatim grassantis, contagiosis venenis unice adversari, & corpora à lue vindicare, si tantum in ore teneatur, tradunt. 16. Kentmannus in Tract: de Peste. Pimpinella radix pulv: jejune sumpta, Cor confortat, & per sudorem virus Pestilentielle, omnesq; malignos ichores expellit, sanguinemq; purificat & c.



## XXXV. NUCES JUGLAN-

DES.

1. Galenus lib: 2. de Alim: item lib: de cibis boni & mali succi describit Antidotum utilis: ex Nucibus contra Pestem. 2. Droettus de Peste. Quantum Nux juglans valeat ad Pestem, ex sequenti historia patet. Perditissimi Nebulones, quos Magistratus Lugdunensis morte mulctavit, ob propagatam Pestem, facti sunt, cum ad supplicium ducerentur, se nullo alio remedio se defendisse à Peste, quam Nuce juglande, quam ad ignem parumper adurebant, priusquam comederent. 3. Mizaldus: Venenati Aëris contagia discutiunt Juglandes, quod verum esse indicat synthesis illa Mitbridatica, qua Diatesaron dici potest: Accipit enim Nuces binas, Ficus totidem, Ruta fol: 20. & Salis momentum. Hac si quis jejunus sumpserit, à Venenis & contagiosis morbis eo die futurus est immunis. 4. Tabernæmont: Sect: 2. lib: 3. cap 30. Nuces Juglandes utilissima sunt tempore pestilentis constitutionis. 5. Castor Durandes in suo Herb: Nuces Juglandes ante & post pastum, cum Ficub: & foliis Ruta comesta, tuentur sumentem à Peste. 6. Augenius lib: 2. de Peste cap. 10. Nux mirabilem vim habere creditur in juvando & preservando à Peste, si sumatur cum Caricis & Rutâ. 7. Palmarius lib. de febr. Pestil: cap. 18. Sunt, qui Juglandem exurunt, deinde ex aceto Rosac: cinerem ebibunt, ut se à venenis, & aura Pestilentis corruptelâ vindicent. 8. Schv venckfeldius lib: 2. Catal. Stirp. Cum Ficu Ruta & Grumo Salis, contra Venena & Pestem manè sumpta

X

commen:

commendantur Juglandes. 9. Joh: Sigism: Görlitzerus quoq; & Achilles Gassarus, Christoph: Meurerus, Keglerus, Rulandus, Lithotomus & alii in suis de Pestis Regim: valdè Electuarium ejusmodi ex Nucibus & ficibus ac Ruta contra omnem Pestis infectionem, pradicant.

## XXXVI. DIPTAMNUS.

1. Fernelius lib:5. Meth: med: cap:21. Diptamni radices & folia ad ictus & morsus venenatos exhibentur nec non ad Pestilentium febrium malignitatem. 2. Christ: Hornius de Auro Med: Diptamnus Creticus & vulgaris, venenis ac Pesti adversatur. 3. Fumanellus de Peste cap:5. Diptamnum Cretense, contra Pestem supremum esse remedium putatur. 4. Palmarius lib: de Pestil: febr: cap:18. Diptamni radices & folia contra Febrium Pestilentium & Venenorum malignitatem valere, longo usu comprobatum est. 5. Augenius lib:3. de Peste cap:10. Radix & folia Dipt: tenuium sunt partium, ad morsus & ictus venenatos exhibentur, & ad Pestilentium febrium malignitatem. 6. Matthiolus, comm: in lib:3. Diosc: cap:33. Diptamni albi radicem tradunt suapte vi pollere adversus lethalia venena, ac omnium venenosorum animalium morsum, ictumq;, nec minus adversus Pestem quoq; sumitur. 7. Georg: Agricola lib:2. de Peste. Folia Diptamni Cretici remedio sunt contra Pestem. 8. Petrus Bayrus de Peste. Inter medicinas simplices Bezoardicas, qua omni veneno

Pestis

*Pestis, ex sui proprietate resistunt, est Diptamnus. 9. Gueinerius de Peste differ. 2. cap: 3. Diptamni radice si ex aceto vel aq: Ros: à Peste preservat. 10. Crato in Tr: de Peste. Habet magnam vim adversus Pestem, Diptamnus albus. 11. Ulltadius de Epidem: Pulvis preservativus optimus contra Pestem paratur ex rad: Diptamni, cuius si vel si sumantur omni mane cum vino. 12. Mercurialis lib: de Peste. Pulvis Diptamni Cret: tempore Pestis munit cor adversus Venenum, sumitur cum vino, si pondere. 13. Tarquinius Ocyorus, libel: de herbis antipestif: cap: 6. Si foras eundem erit tempore Pestis, aut invisendus ager, Peste obsessus, particula Diptamni rad: aceto infusa prius ore teneatur ac masticetur. 14. Tabernæmontanus lib: 3. Sect: ii cap: 52. Diptamnus resistit veneno Pestifero. 15. Castor Durandes in Hort. Sanit. Radix Diptamni albi obluatur Pestilenti infectioni. 16. Casp. Schvvenckfeldt lib: 2. Catal. Stirp. Diptamnus prestat contra Pestis contagia, quovis modo sumptus. 17. Renodæus in suo Dispensar. lib: 1. Sect. 4. cap: 43. Diptamnus intrò sumptus, Venenum extinguit & Pesti prodest. 18. Laudatur & eadem radix à Joh. Sigism. Görlitzer in suo Regim: contra Pestem. 19. Joh. Kentmanus in suo Regim: Pestil. Radix Diptamni jejune ore detenta ac masticata, insignem possidet facultatem Veneno cuilibet resistendi.*

## XXXVII. ZEDOARIA.

1. Petrus Bayrus in Tract. de Peste. Si de Zedoaria tenes frustum in ore, valet multum tempore Pestis.

2. Droettus de Peste. *Ad preservationem Pestis proderit ore continere Zedoariam.* 3. Ruellius lib: 1. cap: 29. *zedoaria nostra atatis Medici, contra Pestilentis cali contagia utuntur.* 4. Gerardus Bergensis lib: de Peste. *Maximè ad preservationem à Peste, laudatur radix zedoaria.* Novi enim quendam Sacerdotem, qui per annos totos 40. visitaverit Peste infectos, & habità hanc radice in ore numquam Peste fuit correptus. 5. Ulstadius lib: de Epidem: *Si tempore Pestis in hominum cœtum vadis, ubi quid de discrimine metuendum, poteris Zedoariam in ore tenere, sed non omni tempore, propter conservationem dentium & gingivarum.* 6. Apollinaris lib: 1. Experim: cap: 35. *Radix Zedoar: in ore detenta ab eo qui prodit in publicum, preservat à malignà infectione.* 7. Martin: Rulandus de Febre Ungar: cap: 5. *Nosmet Zedoaria de die sepius masticatà, Dei gratià, aliquot centenos, lue malignà Pannonicà afflictis, visitantes, curantesq; batenus ab ejusdem malignitate immunes perstitimus.* Idem cap: 6. *Fuere, qui solius Zedoaria in Aquis Cardiacis exhibitione, visi sunt plurimos ab hac lue sanasse.* 8. Castor Durandes in Horto Sanit: *Radix zedoar: usurpata, contagia Pestis arceat.* 9. Joh: Bokelius in magno suo Pestis Regim: cap: 17. *Hæc radix parem Virtutem ferè habet cum Angelicà, nisi quod amarior & potentior aliquantum sit, & ob hanc amaritiam omniputredini internæ corporis vehementer resistit.* 10. G. Agricola lib: 2. de Peste quosq; inter alias radices, quas in Peste salutare esse dicit, hanc recenset & magnificat, vel pulverisatam vel in Electuario sumptam. 11. Bartholom: :

Hubnc=

Hubnerus lib: 9. Diætet: cap 12. Zedoaria in ore conten-  
ta, utilis est contra Pestem & Venena alia. 13. Joubertus,  
in Tract: de Peste cap: 18. Omnium radicum Pesti  
adversantium; præcipua censei debet, vel doctiorum com-  
muni suffragio, Zedoaria. 14. Valleriola in adpendice  
loci: com: cap: 2. Zedoariam pro præservatione Pests o-  
mnes laudant, quam vel ore retentam, venenatos balitus  
pellere scribunt. 15. Petrus de Stilla in manuali Chi-  
rurg: Parte 2. Tract: 2: cap: 2. Radix zedoar: ore masti-  
cata peculiari pollet virtute, maligna aere resistendi.

## XXXIIX. LEVISTICUM.

1. Tarquinius Ocyorus, cap: 1. de herbis antipe-  
stif: Levistici radice & semine, perindè atq; Angelicâ,  
contra omne Veneni genus, præsertim verò Pestem uti pos-  
sumus, semper tamen Theriacâ admistâ. Semen Levist:  
manè in ore commansum, defendit à Pestilentis Aeris in-  
juriâ, Idem facit & pulvis radice, Theriaca admixtus, atq;  
ex aceto potus, per sudorem namq; Venenum expellit. 2.  
Tabernæ montanus lib: 1. Sect: 3. cap: 3. Levistici radix,  
quocumq; modo usurpata resistit omni Veneno, & confert  
Aeri pestilenti putrido ac contagioso, nec non præservat ab  
ejus infectione sumentem. Qui enim manè frustulum  
hujus rad: deglutierit, per totum illum diem immunis erit  
à Pestilenti contagio. Idem: Si 3ß rad: Levist: cum pau-  
xillo Theriaca dissol: in Aceto cal: sumatur, præstantissi-  
mum Alexipharmacum erit iis, quos Pests corripuit, si per  
2. horas sudeat, ita enim omne venenum è corpore expelli-  
tur. 3. Caltor Durandes in Horto Sanit: Rad: Levist:  
3i, cum Vino, Pestilenti contagio infectis confert.

## XXXIX. VINCE TOXICUM.

1. Casp: Schvvenckfeldius, lib: 1. Catal: Stirp: *Vincetoxici radix adversus Pests sevitiã ex Vino bibitur.*
2. Fuchsius de histor: Stirp: cap: 45. *Recentiores adfirmant, radicem Vincetox: venenis potenter resistere, undè etiam haut temerè vitrix toxicì ab iisdem adpellata est.*
3. Matthiolus comm: in lib: 3. Diosc: cap: 90. *Radices ex vino pote, Pesti adversantur.*
4. Caltor Durandes in Hort: *Radix Vincetox: pulv: & zicum Aq: Carduib: pota, ad Pests prosligationem multum facit.*
5. Palmarius cap: 18. de febr: Pestil: *Vincetoxicum adversus omnia Venena efficax traditur. Undè commodè additur in jusculis & acetariis, pestilenti constitutione.*
6. Rudius in Pract: lib: 3. cap: 30. *Vincetoxico quoq; primas tribuit inter ea Pestilentibus Febribus adversantur.*
7. Agricola item lib: 6. de Peste. *inter alias radices, quas salutare admodum in Peste esse dicit, recenset etiam Rad: Vincetoxici.*
8. Michael Robianus, de Simpl: lib: 2. *Vincetoxici vires celebres sunt in resistendo omni veneno.*

## XL. PLANTAGO.

1. Joan: Agricola lib: 1. de Herbaria Medic: *Plantaginis vim egregiam plariq; sunt experti in Luc: Pestiferã, in quã sæpè tam insigne de se hoc simplex specimen prabuit, quibuscumquam administratur modis, quantum non aliud ullum.*
2. Petrus Monavius in

Epist:

Epist: medic: à Scholtzio editis: *Retulit mihi nuper Charurgus aula Casarea jam senior, in multis Pestilentibus constitutionibus, se & suâ manu infectos plurimos tractasse, semper tamen à contagione immunem permansisse, quod secum gestaverit radicem Plantaginis majoris, Sacculo inclusam, & cum filo regionis Cordis adaptatam, ut res celetur, Pulveris Lavendula aliquid admiscere solet, & hinc inde distribuere. (Nota: Justum tempus autem colligendi hanc radicem, contra Pestem, est 13. dies Augusti, ante ☉ exortum, quando ☉ versatur in Virgine)* 3. Julius Palmarius, lib: de Febr: Pestil: cap: 18. *Usu comperi, Plantaginis folia, adversus canis rabidi, & aliarum ferarum virus plurimum valere, idcirco Pestilentis febris Antidotis misceri poterit.* 4. Lonicerus parte 2. Herb: cap: 149. *Plantaginis liquor stillatitius confert Pestilentibus febribus.* 5. Caspar Keglerus in Regim: suo. *Inter alia Amuleta, qua collo suspensa ad Pestis precautionem gestantur, maxime quoq; laudatur radix Plantag: majoris.*

## XLI. VETONICA.

1. Adamus Lonicerus in Herbar: suo: *Vetonica succus, Pestis contagia arcet, & haustus, si jam morbus invaserit, liberat.* 2. Fuchsius cap: 133. de Stirp: *Radicem Vetonica altis, contra Pestis contagia*

*utilem*

utilem esse tradunt; Hanc ob causam ex floribus etiam eiusdem conficiunt Conservam, quæ ad eundem usum exhibetur. 3. Fernelius lib: 5. meth: med: cap: 21. Succus Uetonica Pests arcet contagia, & vomitiones cohibet. 4. Palmarius lib: de febr: Pestil: cap: 18. Flores Uetonica coronaria, Sacharo conditi, Cor & Spiritus miræ exhibent, idcirco omni Pestilentis aeris veneno occurrunt, & si jam invaserit, liberare creduntur. 5. Matthioli comm: in Diosc: Uetonicarum purpur: Flores dantur adversus Pests contagia; Valentius tamen id facit Succus expressus ex universâ plantâ, namq; is haustus ℥iij pondere, ubi morbus invaserit, liberat.

## XLII. MYRRHIS

1. Joubertus in Tract: de Peste cap: 19. Est Myrrhis herba, quam ex Vino bibentes à Peste illasi manere creduntur. 2. Tabernæmontan: lib: Sect: 3. cap: 36. Radix Myrrhidis peculiari prædita est proprietate; tueri hominem à contagione Pestifera. 3. Fumanellus cap: 5. de Peste. Myrrhis, ut fertur, pota; in Peste salutaris est. 4. Camillus Tomafus in comment: de med: Febr: In febre Pestilenti, ut venenosa per sudorem è corpore extrudantur, conducit quotidie manè ac vesperi ante coenam administrari, ℥vj Decocti Myrrhidis ex Vino albo, robur præstat Cordi, & humores vitiosos ad cutem devehit. 5. Castor Durandes in Hortulo Sanit: Radix Myrrhidis quotidie bis ter vè cum Vino pota præservat à Peste. 6. Plinius; Ajunt radicem Myrrhidis potam in Peste, salutare esse. 7. Fuchsius de Hist: Stirp: cap: 200. ex Diosc:

Ferunt



*Ferunt radicem Myrrhidis potam ex Vino, in Pestilentibus constitutionibus, à morbo servare incolumes. 8. Alphon-  
sus Morefcottus de Simpl: medic: Decocta Myrrhis,  
& tempore Pestis pota, præservat à Pestilentia. 9. Georg:  
Agricola lib: 2. de Peste. Quintas partes dant radices  
Myrrhidis nonnulli, cam enim cum Pestilentes constitutio-  
nes fuerint, 2. aut 3. in die potam, hominibus sic prodesse,  
ut in morbum non incidant, aliqui narrarunt. 10. Se-  
bastianus Poterus in Tract: de Peste. Myrrhidem mul-  
ti commendant tempore grassantis Contagii Venenati.*

## XLIII. ANTITORA.

1. Ant:Gucinerius, de Peste differ: 2. cap: 3. Radi-  
cem Antora tamquam egregium Antidotum commendat,  
cujus experientiam ipse viderit, si in potu detur & ponde-  
re, cum Aceto vel aqua Rosar: 2. Schvvenckfeldius lib:  
1. Catal: Stirp: Antora magna efficacia est contra Pe-  
stem. 3. Augenius lib: 3. de Peste cap: 10. Antora  
radix mirificè adversatur Pesti, internis doloribus & Fe-  
bribus Pestilentibus opem fert. 4. Matthiolus comm:  
in lib: 4. Diosc: cap: 73. Antora radices utiliter dantur  
adversus Pestem, prestare dicuntur iis febribus Pestilen-  
tibus, cum quibus Exanthemata lentium figurà exoriantur.  
5. Meminit etiam hujus Radicis Fumanellus in  
lib: de Peste cap: 5. & Rembertus Dodenæus lib: 4.  
de Herbis & Purgantibus.

## XLIV. MILLEFOLIUM.

1. Petrus Droettus lib: de Peste. Ut ad emuncto-  
rium foras Venenum trabatur, radix & folia Millefolii

I

cum Sa-

cum Sale communi Cataplasmatibus instar adhibita, eruptionem Bubonum vehementer adjuvat. quemadmodum nebulones quidam, ob propagatam Pestem, morte multati demonstrarunt: Interrogati enim à Pratore, quomodo servarentur hi, si, quos nolentes infecerant, responderūt, se hoc solo remedio solitos vocare foras Venenum, quod Principes partes obsidebat, sicq; servabant, quos perire displicebat.

2. Crato in Traët: de Peste. Millefolium contusum, Carbunculis etiam adponitur. 3. Caspar Schvvenckfeldius lib: 1. Catal: Stirp: Millefolium medetur Contagio Pestifero. 4. Caspar Keglerus in suo de Peste regim. Flores Millefolij odorati admodum ad Pestem præcavendam conducunt.

#### XLV. PULSATILLA.

1. Matthiolus comm: in lib 3. Dioscor: Pulsatillam miris laudibus efferunt quidam contra Pestem & hausta Venena, itemq; contra omnium Venenatorum ictus ac morsus, quamobrem in Antidotis additur, & cum Vino quoque ʒij. pondere bibitur. 2. Tabernæmontanus lib. 1. Sect: 1. cap: 18 Pulsatilla radix nostro ævo summè commendatur contra Pestem & reliqua venena, quemadmodum id longo usu & experientiâ verum deprehendimus, pondere ʒi cum Vino & Aceto sumpta calidè, ita ut sudor per 2. horas effluat, omne Pestis Venenum potenter dissipat. 3. Castor Durandes in Herb: suo: Radix Pulsatilla contusa & cum vino pota, Pestilentie resistit: 4. Casp: Schvvenckfeldius lib: 1. Catal: Stirp: Radix Pulsatilla adversus

Pestis

*Pestis contagia, Venena, & ietus animalium venenatorum pota commendatur.*

### XLVI. CRUCIATA.

1. Anton: Schnebergerus de Peste. *Utuntur pulvere Cruciatæ contra Pestis contagia.* 2. Lonicerus in Herbar: suo: *Cruciatæ contra pestilentem Aerem conducit.* 3. Matthiolus comm: in lib. 3. Diosc: cap: 3. *Radices Cruciatæ à recentioribus magnis laudibus efferuntur contra Pestem.* 4. Fuchsius de Histor: Stirp: cap: 160. *Recentiores, Cruciatæ, magnum contra Pestilentia Venena usum esse tradunt.* 5. Alphonus Morelscottus: *Cruciatæ in Vinò sumpta, ad omnes morbos Pestilentes valet.*

### XLVII. CARYOPHYLLI.

1. Gerardus Bergensis, lib: de Peste præservat: *Tempore Pestis si propter occupationes necessarias foras eundum erit, in ore teneantur & mastigentur Caryophylli.* 2. Droetus de Peste. *Alij maceratos in Aceto Caryophyllos, tempore Pestis ad præservationem sumunt mane.* 3. Matthiolus comm: in Diosc: *Caryophylli tam suffici quam devorati, præstant contra Pestem.* 4. Castor Durandes in Herbar: *Pulvis Caryophyllorum comestus à Peste præservat.* 5. Jul: Palmar: lib: 1: de Febr: Pestil: cap: 13. *Omnibus convenit, dum adveniunt loca suspecta, nonnihil Caryophyllorum ore continere. Hoc enim jucundo vapore Cor exbilarat, & spiritus recreat, Aerisque vitium vel emendat vel regerit. Idem, cap: 18. Caryophylli sumpti aut ad suffitum parati, Pestiferis causis egregie resistunt, Cor confirmant, ac spiritus instaurant.*

## XLVIII. MYRRHA.

1. Henningus Reyfing in Ideâ Loimode: *Myrrba cum leniffimâ adftrictione exficcet, & corpora tum mortua, tum viva à putredine præferuet; idcirco remediis Pefiferis adnumeratur.* 2. Matthiolus comm: in Diofc: *Myrrba ponitur in Antidotis, quæ aduerfus Peftem parantur.* 3. Eumanellus de Pelte cap: 5. *Myrrba bis terribè bibita, præferuat à Pefte.* 4. Andreas Starekius in fuo de Pelte regim: *Myrrba ore detenta, fi quis in publicum prodit, arcet malignum aerem tempore Pefiis.* 5. Nic: Guibertus in Tract: de Vafis Murrhin: cap: 4. *Myrrba facultas eſt reſiſtere Pefilentia & Venenis, ob ingentem exſiccandi vim.* 6. Panfa lib: ſeu parte 4. Pract: cap: 54. quoj, *Myrrbam valdè commendat pro præſervatione Pefiis.* 7. Petrus Sibyllenus in lib: de Pelte. *In publicum manè prodeuntes, pro præſervatione in ore teneant ac maſtificent portiunculam Myrrbe.*

## XLIX. CAMPHORA.

1. Joan: Crato de Pefte: *Plurimum poteſt Camphora cum paucâ Theriacâ vel Mitbridatio, ſed ne ultra Grana 3. ejus dentur.* Idem ibid: *Camphora curatiuum ſingulare eſt in Pefte, ſi tempeſtivè adhibeatur.* Idem in Epift: 103. apud Scholtziuw: *Camphoram excellere in Pefte, omnia remedia comperi.* Idem in Epift: 234. *In Pefte Buboniâ vel cum Carbunculis, nihil melius uſu Camphora.* 2. Zvingerus in Epift: 64. à Scholtzio editis: *Camphoram cum Spiritu vini ſolutam quidam in Pefte ma-*

ſte ma-

ste maximi faciunt. 3. Goclenius in Loimograph: Campboram in putredine omni arcenda, & venenosis halitibus profligandis, non postremum obtinere locum, ob exsiccandi virtutem verisimile est. Idem ibid: Constat, & exploratum est, Campboram ab intima putredine corporis immune conservare, Aerisq; ambientis contagium, potenter discutere. 4. Fernelius lib: 5. meth: cap: 21. Campbora malignos vapores praesertim calidos exstinguit. 5. Mindererus de Peste cap: 15. Nostra laudibus insigniter merito celebranda venit Camphora, non mirabile modo, sed & forte & efficax Pests Alexiterium, siquidem haec adsumpta, interno nostro calore mox ignita, & in corporis quasi meditullio flagrans, coinquinatos Spiritus, eosq; tetra miasmate pollutos aut inspiratos, ac circum precordia haerentes, exurit, & sicco plane igneoq; calore pervadens partim dissipat ac expellit, partim combustione absorbit, partim vero corrigit & emendat. Proinde Campboram inter fortissima Pests Alexiteria non immerito reposuerim. 6. Martinus Panfa in 3. Consil: anti-pestif: quaest: 21. Campbora propter odorem acutum praeservat a putredine, quo foetorem corporis internum quasi extrahit ac depellit. Quapropter quilibet Medicus Campboram in suis Antidotis contra Pestem libenter uti debet. 7. Augenius lib: 3. de Peste cap: 8. Campbora sicca & inflammabilis, malignos vapores exstinguit, & Spiritus exsolutos reparat. 8. Fumanellus lib: de Peste, cap: 5. Campbora pota in Peste, salutaris est, & si quis quotidie bis eam biberit, resistit, ne quis Peste adficiatur. 9. Joh. Poppius lib: de usu medic: Chymicor: Cam-

*phoram dissolve in Aceto, huiusq; cochlear unum sume, exstinguetur inde ardor seu estus internus malignus, à Pestis Veneno causatus & excitatus.*

### L. ACETUM.

1. Lemnius lib:2. Occult:cap:36. *Acetum Venenis resistit, & Pestiferi morbi contagia repellit sic ut consultum mihi facere videantur, qui grassante hac Luc. moderatum Aceti usum sibi familiarem reddunt, dissipat enim ac discutit vitiosum aerem, & putredinem humorum prohibet.* 2. Gerardus Bergensis in lib: de Pestis præler: *Quoniam semper compositiones majores ad maauum non habentur placet quadam simplicia recensere, quæ valent contra Pestem, inter quæ est Acetum.* 3. Joh: Dan: Mylius lib: 6. Basil. Ghym:cap:3. *Aceti vis est in Pestiferis morbis, à contagio utentes conservandi & liberandi.* 4. Palmarius cap:13. de febr: Pest: *Acetum humorum putredini resistit sed & malignam & Pestilentem omnem luem infringit.* 5. Joh: Poppius in Enchirid: Experiment: *Acetum, tempore Pestis, utiliter, tum intrâ tum extra corpus usurpatur.* 6. Augenius lib:3 de Peste cap:12. *Communis Medicorum consensus est, Acetum, & in genere omne acetosum, esse remedium efficaciss. contra Pestem,* 7. Vallesius in tract. de Epidem:cap: 9. *Confert Spongiam vel linteum Aceto intinctum sapius naribus admovere & odorari tempore Pestis.* 8. Barth: Hubnerus in Diætet:lib:10: cap:3. *Acetum resistit venenis, arcetque contagiosam luem Pestis, idcirco eâ grassante, in frequenti usu esse debet.* 9. Henneman: Reyfing. in Idea Pestif:

*Inter*

*Inter refrigerantia, qua tota vetustas, respectu putredinum comprobatur, primas tenet Acetum Vini; 10. Heurnius lib: de Peste cap: 8. Acetum etiam pro preservatione Pestis probatur. 11. Anton: Schnebergerus de Peste. Prodest omnibus cibis aliquid Aceti admiscere, vel carnes aliquamdiu in aceto macerare tempore Pestis. 12. Iacob: Hortius in opusculo de Vite, No: 450. Acetum naribus admotum, & pavimento adium adpersum, contra Pestis contagium valet. 13. Marsil: Ficinus etiam in Epidem: cap. 10. Andernacus, Egidius Bruxellensis, & Quercetan: in Diætet: sect. 3. cap: 8. Acetum in Peste commendant.*

## DISTINCTIO II.

SIMPLICIA ANIMALIA PESTI  
adversantia.

## I. UNICORNU.

1. **A**ndreas Baccius in lib: de Monocerote, parte 3: Fragmentum Unicornu habebat Cardinalis Tridentinus, qui presentibus aliquot dominis, Arsenicum, duabus columbis exhiberi curavit, à cuius oblatione, uni ex his, Rasura Unicornu tantum propinari iussit, quantum grassus caperet, qua perpeßis aliquot Symptomatis ad se redijt & revixit, altera vero 2. horis à sumptione Veneni exspiravit. Quod postea sepius illis exhibuit, qui febribus Pestilentibus laborarunt, prospero ut plurimum cū successu. Idem Autor: Nonnulli præstantissimi Viri,

qui

qui nostris temporibus de materiâ Simplicium ex professo scripserunt, concedunt, Unicornu Venenorum vim obtundere, & Pestilentium morborum pernitiem lenire. 2. Conradus Gesnerus lib: de quadrupedibus: Monocerotis Cornu hodiè utuntur divites contra adfectus Pestilentes & venenosos. 3. Henricus Dobbin lib: de Peste. Cornu Monocerotis contra quodvis venenum officax Antidotum, ideò in febris Pestilentibus datur, quia Venenum à Corde per sudorem extrudit, & Cor roborat. 4. Palmarius lib: de Febr: Pestil: cap: 18. Carnu Unicornu adversus Venenatos, Pestilentesq; morbos primas tenere opinio est, que apud vulgus sic jam percrebuit, ut ad hoc præsidiij genus, tamquam ad sacram ancoram confugiant, quicunque gravi ac periculoso aliquo morbo premuntur. 5. Fulmanellus lib: de Peste cap: 5. Monocerotis cornu, singulo die sumptum, Pestis refranat contagia. 6. Mercurialis in lib: de Peste. Unicornu intrinsecus sumptum, Cor munit adversus Venena & Pestem. 7. Andernacus: Cornu Unicornu ramenta ex Vino pota, valent ad venena, & Pestem abigendam. 8. Angelus Bargaus scribit, olim Indorum Reges poculis ex Unicornu confectis à Venenis sese præservasse. 9. Renodæus lib: 3. Dispensat: cap: 21. Unicornu laudatur plurimum adversus Venena, proinde solet dari in Pestilentibus morbis contagiosis, & omnibus Venenatis. 10. Augenius lib: 3. de Peste cap: 13. Unicornu formâ specificâ omni Venenorum generi adversatur, & spectatim ab omnibus pro Antidoto contra Pestem expertum fuit, ut fidem faciunt multi Scriptores antiqui & neotrici. v. G. Agricola lib: 2. de Peste.

Cornu



*Cornu Bestie Unicornis in Peste efficax est. 12. Christoph. Hornius in Dial. de Auro Medico. Unicornu omnium maximè creditur Cor tueri, veneni vim omnem obtundere, & pestilentium morborum pernitiem lenire. 13. Quod idem confirmat & Fernelius lib. 5. meth. med. cap. 21. 14. Eustach. Rudius Lib. 3. Pract. cap. 30. Pulvis Unicornu præ cæteris, ab omnibus extollitur in febre Pestilentiali. 15. Alex. Massaria lib. 2. de Peste. Cornui Monocerotis, Lapidis Bezoar & c. tantas vires plariq; contra Pestem tribuunt, ut cæteris non modo simplicibus, hujuscè facultatis medicamentis, sed ipsi etiam Theriaca præferre non vereantur. 16. Joh. Daniel Mylius lib. 4. Basil. Chym. cap. 30. seu ult. Adversus Pestem & omnia Venena dicitur prodesse Unicornu. ut scriptores tradunt. Idem lib. 4. Antidotar. Medico Chym. cap. 3. Extractum Unicornu tuetur Cor, & omnem veneni vim obtundit ac Pestilentibus morbis confert. 17. Quercetanus de Spagit. med. præp. ca. 4. Cornu Monocerotis tuetur Cor, & Pestilentibus morbis conducit. 18. Francisc. Ulmus lib. 4. de occult. propriet. cap. 6. Cornu Monocerotis Aelianus multum tribuit lib 5. in Venenis ac Peste.*

## II. LAPIS BEZOAR.

1. Anselmus Boetius à Boot cap. 193. lib. 2. de Lapid: & Gem: Lapis Bezoar foris adligatus sinistri lateris brachio, ut nudam cutim attingat, perbibetur Venenis resistere, & Cor tueri, ne à Veneno, acrevè Pestilenti & contagioso ladatur. Apertis etiam Carbunculis Pestilentibus si inspergitur, venenum omne exsugere creditur 2. Joan.

Z

Frago-

Fragofus lib: de Aromat: Indicis cap: 10. *Valet hic Lapis contra febres Pestilentes, in Aquâ Acetosa sumptus.*  
 3. Eustach: Rudius lib: 3. Pract: cap. 30. *Pulvis Lapidis Bezoar ab omnibus maximè extollitur in Febribus Pestilentibus.* 4. Thomas Jordanus Tract. 3. de Pestis phenomenonis. *Pretiosi hujus Lapidis usus est in morbis Pestilentibus, venenis adsumptis, & toxico sauciatis membris.* 5. Alex: Massaria lib: 2 de Peste. *Lapidi Bezoar tantas vires plariq; contra Pestem ac Venena attribuunt, ut Theriaca quoq; illum preferant.* 6. Libavius lib: 2. Batrachior. in schol: ad cap: 19. *Bezoar in caelum tollunt alij, adeo ut nihil veneni atrocissimi esse putent, Napedi videlicet, Pesti, Viperae, Scorpy &c. quod non oppugnet.* 7. Christoph: Hornius in Dial. de Auro Med: *Lapis Bezoar Pestis & venenis cunctis obsistit.* 8. Augenius lib: 3. de Peste cap: 28. *Lapis Bezoar super Cor gestatus, & adligatus brachio, & si ore etiam sumatur, preservat & sanat in Peste.* 9. Mizaldus Centur. 1. distinct. 70. *Tradunt, Lapidem Bezoar, Peste correptis efficaciter dari cum Vini momento. Nam tantus illius vi & presidio cietur Sudor, ut penè totum corpus eliquari credas, quo uno Pestilens virus foràs truditur.* 10. Mart. Rolandus de Morbo Ungar: cap: 8. Quæst: 28. *Lapis Bezoar naturam juvando, venenum facultate sua theriacali exterminat, Illi enim tantum Sulphuris, quod patet Anatomia spagirica inest, naturâ sua & per se sudorem ciet, adfecti, quantum terra Sigillata, que non alia ratione Alexipharmacum est, & sudorem ciet, quam Sul-*

pbure

phure. 11. Nic. Monardus in Tract: de Lap: Bezoar:  
*In malignis & Epidemicis febribus, admirabiles sunt hu-*  
*jus lapidis vires, quia malignitatem tollit, & veneni qua-*  
*litatem extinguit. Plerique Pestis tempore hujus lapi-*  
*dis fragmentum in ore gestare solent: Utilis quoque est*  
*aqua, in qua Bezoar maceratus est, & is, qui Pestilente fe-*  
*bre correpti sunt. Idem Autor in Histor: simplic: me-*  
*dicam: cap: 34. In Pestilentibus Febribus, (inquit) sapi-*  
*us exhibui Bezoar, & sanè earum virus extinxit. 12. Idem*  
*lib. 2. Histor: Ind: Occid: Nobilis quidam famulos ba-*  
*buit, omnes febrimalignâ correptos, qui cum ex aqua, in*  
*qua Lapis hic maceratus fuisset, bibissent, sanitati mox*  
*restituti sunt. 13. Ioach: Schillerus de Peste Britan:*  
*sect: 2. Lapis Bezoar per sudorem, omne venenum deponit.*  
 14. Leonhard: Rauvolfius in Itinerar: suo scribit,  
*Pulverem hujus Lapidis adversus quavis lethalia Venena*  
*à Persis exhiberi. 15. Lonicerus, ult: parte Herbar:*  
*cap: ult: Contra Pestem nullum certius ac praesentius reme-*  
*dium pulvere Lap: Bezoar, intrò sumpto, quia Venenum*  
*per sudorem potenter & magnâ virtute è corpore expellit.*  
 16. Andreas Lacuna, comm: in lib: 6. Dioscor:  
*Bezoar admirabile remedium adversus omnis generis ve-*  
*nera, virulentorum animalium morsus, & Epidemicas*  
*ac malignas febres. 17. Sanctius Ardonius in lib: de Ve-*  
*nen: valdè commendat hunc lapidem, omnibusq; medica-*  
*mentis Veneno resistentibus praefert. 18. Robianus lib*  
*3. simpl: Bezoar non parvas habet vires resistend:*  
*cuius Venenorum generi. 19. Valeseus de Ta-*  
*ranta quoque lib: 7: Praxeos, Bezoar admodum*

prædicat contra omnia Venena. 19. Guido Pancirolus Tit. 3. de novis repertis; Bezoar facit contra Pestem & febres Pestilenciales.

### III. CORNU CERVI.

1. Crato in libel. de Peste. Quia de Bolo & Terra sigillata res suspecta est, placet ejus loco Cornu cervi usum. Infecti Peste, rasuram Cornu cervi in petia addant, & inde bibant, nam ut expertus sum, & ad preservationem plurimum facit. Idem: Præservat à Peste pulvis Cornu Cervi sæpè adsumptus. Potus continuus, in quo sit Cornu cervi, plus auxilii in Peste, quàm omnia alia medicamenta adfert. 2. Palmarius de febr. Pest. cap. 1. 8. Primi Cornu cervini partus, venenis ac Pesti non minus, quàm Cornu Monocerotis obsistere creduntur, quò sit, ut ei rectè substituantur. Grandioris Cervi cornu, illi quidem cedit, inferiusquè est, minimè tamen, ubi illius penuria est. spernendum. 3. Fumanellus lib. de Peste. Utuntur quidam ramentis Cornu cervini & Osse de Corde Cervi in Peste, ut quæ tunc substantia similitudinis Cor roborare valeant, & à corruptione ac Veneno tueri. 4. Andernacus: Cornu cervi, non minus, quàm Unicornu Pestilentie resistere creditur. 5. Jobu: Fincelius in tract. de Peste Cornu Cervi præparat: infantibus cum Ag: Carduib: vel Syr: de Scabios. Peste infestis utiliter exhibetur. 6. Gregorius Horstius Decade 1. Exercitat: probl: 4. In malignis adfectibus (inter quos Pesti primas tenet) magno successu & audacter Cornu cervi usum præbetur, idquè propterea, quod illud ipsum ratione copiosi sui Salis atq; interni Balsami putridis & malignis

*malignis humoribus resistat, & verum Nature Balsamum  
 omnis operationis vitalis autorem confortet, ut hosti suo  
 repugnare, & malignitatem eò citius superare queat.*  
 7. Rulandus in quadam Epist: ad E. H. *Cornu cervi u-*  
*stum cū Ag: Carduib: aut Acetosa, tempore Peste pueris ex-*  
*hibent Medici Itali.* 8. *Timotheus Brightus Parte 1.*  
*de Sanittuenda: Cornu cervi & Unicornu sumatur fre-*  
*quenter ad preservationem Pestis.* 9. *Hercules Saxonia in*  
*libro de Plicà cap: 59. Cornu cervinum non minus effi-*  
*cax existimo quàm quodvis aliud, propter insignem, quam*  
*habet, vim sudoriferam.*

#### IV. OS de CORDE CERVI.

1. *Matthiolus comment: in lib. 2. Diosc: cap. 52.*  
*Os, quod in Corde Cervi reperitur, omnibus Cordis adse-*  
*ctibus confert. Quin & contra omnia Venena mirificè*  
*præstat, Antidotisq; admiscetur, quæ Pesti adversantur.*  
 2. *Lucas Pollio in Tract. de Febre mal. Os de Corde*  
*Cervi non infimum tenet locum, inter cetera Alexiteria; si*  
*3ß. ejus egrotanti cum aquâ convenienti detur.* 3. *Georg:*  
*Agricola lib: 2. de Peste. Os in Corde Cervi reperit̃ efficax*  
*est in Peste.* 4. *Andernacus: Os Cordis Cervi, contra Ve-*  
*nena ac Pestem valet.* 5. *Iul: Palmar: cap: 18. de Febr:*  
*Pestil: Os de Corde Cervi in omnibus Cordis adfectibus,*  
*contra Venena & Pestem valere, maximamq; habere vim*  
*dicitur.*

#### V. URINA PUERI.

1. *Rondeletius in Prax: Rustici & muliercule uri-*

nam puerorum sanis & aegris dant bibendam ad Pestis praecautiorem. 2. H. Ranzovius in lib. de San. tuend. Deficientibus aliis remediis, nullum contra Pestem praesentius est, quam si pueri alicujus adhuc impuberis ac jejuni, vel etiam propria recens emissa Urina manè semper bibatur, idque non solum Diosc. Weckerus, & Salustius Salvianus statuunt, sed & Gal: lib: 10. de Simpl: facult: scribit, quod multi, qui in Syria pestiferè agrotantes, Urinam puerorum simul & Virorum hauserant, sese hinc sanatos esse crediderint. Et in bellis ac expeditionibus, nuper in Galliam susceptis, nostri, qui istis interfuerunt, contra contagiosos morbos propriam urinam magno cum fructu se bibisse, atq; ita servatos esse, adfirmarunt. 3. Mizaldus Centur: 6. distinct 34. Dum Pestis grassaretur in Syria, multi e potà pueri urinà liberati sibi visi sunt.

## VI. RANÆ.

1. Forestus lib. 19. Obs. 35. Gradus refert Historiam rustici, qui suo tempore dum Pestis grassaretur, Ranas viuentes scissas, & non scissas, Venenosis Apostematibus applicabat, & illic Rana moriebantur, & Apostemata foras educebantur, & ita extracto Veneno, omnes liberabantur, quod auditivi (inquit Gradus) à fide dignis, verum esse. 2. Crato à Craftheim: Rana in calida aqua lota, Carbunculo adligetur, quamquam efficacior est Buffo siccat. 3. Gellnerus de Aquatil: & Ins: Super Tumores pestilentes aliqui recentiores Ranas ligant, & mortuis recentibus substituere pergunt, donec nulla amplius moriatur.

4. Fumanellus in lib: de Peste. Rana viva sepius muta-  
 ta Pestilentes Bubones retrahunt. 5. Ulstadius de Epi-  
 dem: Rana viva ligetur super Apostemata, idq; toties fa-  
 cies, donec materia Venenosa ab Apostemate sic extracta.  
 6. Mizaldus Centur: 6. distinct: 34. Alij Ranam vivam  
 Buboni Pestifero adposuerunt, & si interibat, aliam sup-  
 posuerunt, idq; toties repetierunt, donec superstitem unam  
 remansisse viderunt, felici successu & remedio. 7. Joh:  
 Dan: Mylius lib: 1. Antidotar: cap: 5. & Crollius de si-  
 gnatur: rer: intern: Rana in Peste utiliter ab extra im-  
 ponitur. siquidem venenum attrahit 8. Libavius lib: 2.  
 Batrach: cap. 11. Alij Ranam palustrem vivam, Buboni  
 Pestilenti imponunt, & cum mortua est, submitunt ali-  
 am, mutant eas, donec aliqua remaneat viva, quod est  
 signum extracti veneni. Idem cap: 16. Rana Venenum  
 attrahunt itaque etiam Peste infectis usu bono multum  
 conferunt. 9. Quod confirmat etiam Forrerus in lib: de  
 Histor: Animal: 10. Paracellus de Pestil. Pestis suam  
 curam habet in Ranis & Bufonibus, si alligentur.

## VII. BUFFONES.

1. Antonius Mizaldus Centur: 6. distinctione 34.  
 In umbra exsiccatus Buffo, Buboni pestilenti adposi-  
 tus, ita ut ejus Ventris regio Bubonem attingat, Remedi-  
 um est contra Pestem, trahens venenum, a parte adfecta,  
 sive in ea sit Bubo sive Carbunculus. Plarig, ut scribit Gesne-  
 rus, pulvere Rubete arida Pestifero Buboni imposito,

Vene-

*Venenum mirè extraxerunt. 2. Crollius de signat: rer: Buffones & Rana utiliter in Peste ab extrâ imponuntur. 3. Libavius parte 4. singular: lib: 2. Batrach: cap: 20. Nequit tam execrandi Veneni Bufo esse, quin is ipse sit ad Venena medicamentû felix, non minus ac ad Pestem. Interemptos enim arefactosq; imponunt Pestilentib; Bubonibus, & eliciunt spiritale virus, quod si unus Bufo non satis est, plures eodem modo administrantur. Idem in schol: ejusdem cap: ex Gesnero: Bufo siccatu, ex Carbunculis extrahit venenum. sistit q; sanguinem. Sunt ex recentioribus, (ait Porta) qui Rubetam aridam Pestifero Buboni imposuerunt, venenum mirè inde extrahi dicentes. 4. Rulandus de Febre Ungar. cap. 8. quæst. 78. Bubonibus Pestentialibus presentaneo auxilio Bufo exsiccatu adplicatur, & sic Venenum veneno curatur, attractum magnetica virtute. 5. Ioh: Dan: Mylius lib: 1. Antidotar: Cui cap. 5. Bufo, Cochlea, Rana, utiliter ab extrâ imponuntur, quia Venenum attrahunt. 6. Paracelsus de Peste ad Stertzingenses: Imponatur Bubonibus Pestil. in aere arefactus Bufo, qui intumescet Veneno eo postea amoto, imponendus alius, donec totum Venenum attractum fuerit. 7. Burggravius in Achille: In Buffone exsiccatu vis est Magnetica extrahendi Venenum Carbunculi Pestilentialis. 8. Michael Papa in suo lib. Alexic. Venen: Bufo exsiccatu, & per noctem, vel ad minimum per 6. horas in Aceto maceratus, quo intumescat, posteaq; Buboni Pestifero adligatus miraculosè totum venenum in se trahit, hominemquè liberat. 9. Weckerus in secret: Pulvis Rubetæ aridæ: Buboni impositus, venenum mirè attrahit.*



10. Paracelsus in Tr: de Peste ad Stertzing. *Bubo aref. ctus imponatur, & attracto Veneno mox intumesces, qui removendus, & alius imponendus quousque omne virus ad se traxerit.* 11. Gebelcoerus in latrío suo parte 3: *Bufo exsiccat in Sole, & alligatus super Bubonem Pestilentem, magnum juramentum prestat, rumpitur enim inde statim Apostemat. Hoc multoties probatum est.* 12. Gulielmus Fabricius Cent.: Epist: 96. *Integer Bufo, Sole & aere, exsiccat, si Buboni Pestifero applicatus fuerit, venenum Pestis mirum in modum ad se trahere, experientia docet. In exsiccatione autem Bufonum diligenter observandum, ne venter eorum, cadatur, hoc enim lasso, non amplius venenum Pestis ad se trahunt.* 13. Idem remedium quoque miris laudibus celebrat, Caspar Keglerus in Regim: suo: de Peste

### IX. GALLINÆ DISSECTÆ.

1. Crato in Tract. de Peste. *Ego suadeo, ubi Bubones aut Anthraces adparent, ut viva applicetur Gallina, cujus pedex deplumatus sit & apertus, idq; sepius fiat, si necessitas postulat, modo simul agrotó aliquid contra venenum intra corpus prabeatur.* 2. Anton: Chalmethus in lib: Cheir: *Tumori Pestilenti gallina est applicanda, qua Spini ceteri sui ani trahit satis sine vehementi dolore, aut humorum agitatione.* 3. Petrus de Tusignano: *Si Bubo ortus sit in Peste, gallus deplumetur circa anum, & adposatur loco per boram, postea alter adponatur, & sic fiat per totum diem: Et hac ratione Venenum atrahitur à Corde, & Gallus subito moritur, debet autem locus prius*

scarificari. 4. Anton: Schnebergerus de Peste. Gallina dissecta & adhuc calentes adposita Tumori scarificato, Venenum optimè extrahunt, sed crebro alias sufficere oportet. Attrahunt enim hec animalia Cucurbitarum instar Venenum in se, quo mox enecantur, quamobrem semper alia viva substituenda gallina, quousq; totum virus penitus absumatur. 5. Alex: Bened: in: raxi: Bubonibus Pestiferis alij hirudines adponunt alij Pullos gallinaceos vivos, implumes circa anum, & dimidia hora spatia ibidem relinquunt, Venenatam enim vim attrahunt, postea alium recentem pullum imponunt &c. 6. Henricus Smetius in Miscellan: lib: 2. cap: 21. Sunt qui viventium Gallinarum podicem Bubonibus Pestiferis admovent, ut sic Venenum extrahant.

### IX. SERPENTUM PULVIS.

1. Quercetanus in Alexic: lib: 2. cap 5. Unicus Serpentis Pulvis prestantiss: est Alexiterium, siue res sit agenda cum quibusvis Venenorum generibus adsumptis siue cum Pestibus, ut ab illis nos vindicemur aut preseruemur. Idem in Pharmacop: sua: Pulvis Serpentum superat quevis alia Alexipharmaca, siue eo utaris ad compositionem Theriaca, siue exhibeas contra omnis generis Venena. 2. Crollius in Basii: Chym: Alcohol Serpentum intus presumptum, venenum omne ad Cutim propellit. 3. Angelus Baldus in lib: de Viperis: Illud mirum ex Vipera Serpentis necè & ejus carne ab omnibus gravioribus morbis & Venenis nos curari, & in pristinum restitui. 4. Kunradus in 2. parte Medul: destill: Tr: 27

Pulvis

*Pulvis Serpentinus, univrsale quoddam Antidotum est, contra omnis generis venena tam preservationis, quam curationis loco, contra Pestem, nec non aliorum quoq; Toxicorum infectionem.* 5. Ernestus Burggravius in Lampade Vitæ ac mortis: *Pulvere Serpentino si quis utatur, extrâ omnem Venenorum, cujuscumq; illa sint, ac Pestilentie aleam ac periculum tutus erit.* 6. Johann: Hartmanus in Epist: ad Quercet: *Nullum venenum, tam grave est, quin hoc pulvere statim abigatur, est enim prorsus mirabile, ac propè divinum.* 7. Joh: Dan. Mylius lib: 7. Basil: Chym: cap. 7. *Varios Pulv: è Serpentibus quoque contra Venena & Pestem preparare docet.*

## DISTINCTIO III.

## SIMPLICIA MINERALIA

Pestilenti veneno resistentia

## I. SULPHUR.

I. **C**Rato in Epist: medicin: *Sulphur & Camphora pro validissimis medicamentis contra Pestem habentur.* Idem in Epist: 1: 7. *Sulphur magnâ vi diaphoreticâ præditum, ac propterea in Pestilentibus morbis plurimum auxiliari scio.* 2. Lonicerus parte ult: Herbar: sui: *Sulphur Vivum cum Vitello ovi sumptum expellit virus Pestilentielle.* 3. Iobus Fincelius de curâ Peste. *Pauperes Sulphuris citrini pulverem ad castanea magnitudinem*  
AA 3 *sumant*

sumant cum cerevisia, Peste infecti, & ad sudandum se  
 in lecto componant. 4. Mizaldus in adpend: Centur:  
 Sulphur crudum, instar avellana cum Vitello ovi sumptum,  
 liberat à Peste, quod multoties experientiâ à militibus com-  
 probatum est. 5. Jatrion Wirttenbergic: Detur Sulph:  
 citrini ʒj in ovo sorbili, & sudor inde proficiatur, curat Pe-  
 stilentem Luem. 6. R. Mindererus de Peste cap. 15. Sul-  
 phur putredinem absumere, corpora siccare, venas permea-  
 re, ac multis aliis dotibus adversus Pestilentia mala pollè-  
 re, jam dudum novimus. 7. Balduinus Ronsseus Epist:  
 medic: 28. Floribus Sulphuris ad propulsandam, curan-  
 damq; Epidemicam contagem, non sine optimo successu u-  
 timur. 8. Ernestus Reuchlinus in Tr: de Peste Sulphur  
 etiam probat in Peste.

## II. ARGENTUM VIVUM.

1. Ioan: Beguinus in Tyrocin: Chym: lib. 2. cap:  
 13. Dignum admiratione est, quod quamvis in vicinia Hy-  
 drie Comitatus Goritiensis, ubi reperitur copiosè ꝑ. singu-  
 lis ferè annis Lues Pestifera grassari, illa tamen semper  
 immunis ab hac maxere solet, idq; viri provectæ etatis se  
 observasse, & à Majoribus suis accepisse, mihi sanctè con-  
 firmarunt. Hinc patet Argentum vivum esse summum o-  
 mnis putredinis & corruptionis Alexipharmacum. 2. Mi-  
 chael Majerus in Lusu de ꝑ. Argentum vivum est plu-  
 rimorum morborum Alexipharmacum, & ut testantur qui-  
 dam ipsius Pestis (cum eò loci, ubi effoditur ꝑ. & tracta-  
 tur, numquam aut rarissimè hoc Contagium grassetur)  
 dummodo maneat in propriâ sua natura & c. 3. Gocleni-

us in

us in Tract: de Peste. Hoc Amuletum maximè ab Auto-  
ribus probari contra Pestem invenio, si nimirum ex Avellana perforatà Nucleus interior extrahatur, deinde Ar-  
gento vivo repleatur, colloq; suspendatur, mirum omnino in-  
modum, hòc, ipsos tuto reddi à Peste, adserunt quidam.

4. Droettus in Consil. de Peste cap: 8. bujus quòq; re-  
medij meminit, testaturq; se id accepisse à Medico Principis  
Chabanei, qui in Metensi obsidione, nullo alio remedio se  
defendit à Peste, qua tunc maximè se viebat, neq; se solum-  
modò, sed & Chirurgum, qui alios Peste infectos invisebat.

5. Mentionem itidem ejusdem Antidoti facit Tabernæ  
montanus in suo de Peste regim: ut & Marsil: Ficinus  
de Peste. 6. Jordanus de Pestis phænom: tract: 3. cap:  
9. Hydrargyrum quidam ad Pestilentie contagia miris  
laudibus extulerunt. 7. Ioh: Dan: Mylius lib: 1. Antido-  
tari sui, cap: 6. Mercurius vivus gestatus à morbis Pesti-  
lentibus tuetur. 8. Paræus lib: 21. de Peste cap. 25. Mat-  
thiolus in tract: de Lue Venereâ scribit, pulverem & cum  
succo Carduib. aut Electuar: de Gemmis exhibitum, Pe-  
stem, priusquam se in corpore obfirmaverit, abigere, vomitu,  
sudore ac dejectione provocatis. 9. Ioubertus in Tract:  
de Peste cap, 18. Illud mirandum, Hydrargyrum Pectori  
adpensum, gemino ac latente odio, Pestem, cateraq; vene-  
na fugare, & proin ab omnibus, Cor liberare. 10. Iohan:  
Poppius in Enchirid: Experimentor: Mercurius seu  
Argentum vivum inditum cauli penne, vel Avellana ex-  
cavata & de collo suspensum, utile Alexipharmacum est  
tempore Pestis & preserat hominem à malignâ infectio-  
ne. 11. Martinus Pansa lib: 4. Pract: cap: 54. Avellana à

nucleo excavata, & repleta Argento vivo, obturat aq. & in collo suspensa usq. ad Cordis seu stomachi regionem, Amuletum præstans est in præservatione Pestis. 12. Joh: Bicerus in Hermet: Rediv: sect: 3. cap: 14. Hydrargyrus avellana inclusus, & collo adpensus, non solum Pestem ex Ente Veneni, sed etiam omnem malitiam à Lamis ortam abigit. 13. Timotheus Brighus Parte 2 de Sanittuenda: Hydrargyrus avellana testâ inclusus, & collo adpensus pro magno Amuleto gestatur contra Pestem.

### III. S A L.

1. Brudus Lusitanus lib: 3. de Vict: rattin febr: cap: 9. & 20. pluribus docet, in febribus Pestilentibus, Sal in cibis miscendum esse inquit: Sal omnium est efficacissimum adversus omnem corruptelam, maximeq. humano generi familiare, quare salsa omnia Pestilenti febrî conferre, rationalis methodus docet. Et paulò post: Relatum mihi est, Chirurgum senem in Anglia, solitum esse Piscibus salis, Pestilenti morbo laborantes, feliciter nutrire.
2. Antonius Schnebergerus, in Catal: sin pl: Peste laborantibus cibos salsos convenire, doctiores Medicorum sentiunt, & regni Melis incolæ, Salis modicum in aqua dissolutum, quotidie præsentando remedio contra Pestem adsumere adfirmant.
3. Mizaldus Centur: 3. distinct: 37. ex Villanovano: Sal cum fermento, Melle, Butyro, quoscumq. Tumores, etiam grassante Peste abortos, potenter aperit ac rumpit.
4. Fidejustus Reineccerus lib: 6. Theauri Chym: Sal commune in aqua haustum, præservat à Peste.
5. Joh: Wittichus in Halilogiâ:

Incola

*Incola Melita insule quotidie pro preservatione Pestis parum Salis usurpant dicitur antea, hoc efficacissimum esse remedium, amolendi a se Pestiferum contagium.*

## IV. VITRIOLUM.

1. Mizaldus Centur: 6, distinct: 48. *Si Vitriolum in aqua Ros: dissolvatur, & rursus iteratis vicibus, ter vel quater coaguletur, deturq; Obuli pondere obfesso a Pestis, Vomitum concitabit, qui contagionem ac morbum solvet.*
2. Paræus lib: de Peste cap: 25. *refert ex Matthioli tract: de Lue ♀, Vitrioli ʒi in aq: Ros: dissol. & bibiti, Pestem Vomitu & dejectione e corpore exturbare.*
3. Thomas Bovius in Flagel: Medicor: Ego 17 meis domesticis Vitriolum crudum in una Aurora, ad preservationem Pestis propinavi.

## V. SAPPHIRUS.

1. Wolff: Gabelcoverus in schol: cap: 7. lib: de Gem: Andr: Bæij: *Sapphirus omnibus in morbis cutis gestando utilis est, id quod se expertum esse Cardanus testatur. Anthraces enim tempore Pestis nasci vetat, & quod majus est, super Anthracem posita, non aliter enim, ac Aqua ignem exstinguit, ut sepius se expertum fuisse Ant: Cveinorius testatur: nam ejus malitiam ac venenositatem reprimat, & ne venenatus ejus fumus ad Cor ascendat, ac Spiritus inficiat, impedit.*
2. Franciscus Ræus lib: 2. de Germ: c: 2. *Addunt, Sapphirum venenis Pestilentibus resistere, Carbunculis Abscessibusq; calidis pestiferis presertim mirum in modum adversari tradunt.*
3. Villanov: *Tangere sape Anthracem in die cum Sapphiro, confert*

*confert*

confert maximè. 4. Albertus Magnus de Virtut: herb: & lap: Si teneas Saphirum Orientalem in superficiebus vel circumferentiis Apostematis Pestilentis, aliquandiu ipsam circumquòq; ducendo, & per horam integram vel amplius super Anthrace tenendo, statim interimit ac mortificat ipsum ulcus, cuius rei vidi experientiam. 5. Crollius de signatur: rer: Anthracis seu Carbunculi signatura est in Sapphiro, in quo est peculiaris Virtus, Anthracem sine corrosione tollendi, & in escharam promovendi. 6. Augenius lib: 3. de Peste cap: 8. Saphirus potus, Cor ab omni Veneni labe tnetur. 7. Mizaldus Cent. 4. distinct: 49. Multorum experimento compertum est, Saphirum è regionè Cordis gestatum, à Pestiferà contagione & venenis tutum reddere gestantem. 8. Idem Centur: 5. distinct: 55. Saphirus Anthraces fugat, & loco dimovet. 9. Daniel Sennertus lib: 5. Epitome: Phys: cap: 4. Saphirus Venenis resistit & Corroborat. Gestata Anthraces Pestiferos nasci prohibet, & super Anthracem posita, eum exstinguit, & ne venenati halitus ab eo ad Cor ferantur, impedit. 10. Anselmus Boetius lib: 2. de Gemmis cap: 43. Pesti, omniq; Veneno, febribusq; malignis omninò Saphirus adversatur. Et paulò post: Totà natura ejus putatur venenis resistere, & Cor mirificè recreare. 11. Iohan: Fragosus lib: de Arom: Ind: cap: 7. Totum genus Sapphirorum habetur pro Cordiali, & miscetur etiam in Electuariis, qua conficiuntur adversus Pestem, & omnis generis venena. 12. Hollerius in libel: de Peste. Contra Pestem profunt gestata Saphirus, Rubinus &c. 13. Ernestus Burggravius in Achille redivo: Sapphirus pollet ad-

versus



versus Anthracem & Scorpionum ictus. 14. Smollius cap: 34. lib: Princip: Phil: & Medic: Oleum Sapphyri ingens est in Anthracem Pestilentem remedium.

## VI. SMARAGDUS.

1. Evangelista Quatramnus in Tract: de Peste cap: 4. Smaragdo & Topasio singularis & specifica tribuitur Virtus in febris Pestilentibus. 2. Fragotus cap: 2. libri de Aromat: Qui imitantur doctrinam Arabum, laudant maximè Smaragdum contra febres malignas. 3. Alexand: Bened: de Peste. Ex Gemmis adversus Pestem Smaragdus est. Antidotis quoq; imponitur. 4. Crato in tr: de Peste. Omnes propè Medici post Theriacam, & Mitbridatum, Smaragdum laudant, datur ad Gr: 6. cum Mitbridato. 5. Andernacus. Evacuatione facta per Venam sectam, vel latiam ante hanc, exhibeto Sach: Ros: ʒj cum Smaragdi triti obolo, ex vini albi odorati cyathis duobus. 6. Georg: Agric: lib: 2. de Peste. Smaragdum Arabes non modò in venenis, sed & in ipsa Peste magnam vim habere dicunt, ejus scobs ad Gr: 8. ex vino datur. 7. Sennertus lib: 5. Epit: Phys: cap: 4. Smaragdus exhibetur ad Venena, & venenatorum animalium morsus ac Pestilentes febres. 8. Eustach: Rudius lib: 3. Pract: cap: 30. Smaragdus tenuissimè pulveris ad Gr: 10. cum liquore aliquo adpropriato maximè adprobatur ad preservationem, & curationem Pestilentis febris, praesertim, si folia Auri ei addantur. 9. Fumanellus de Peste cap: 6. Smaragdus in latificando Corde ceteris pollet, & venenum animalium, ipsamq; Pestem arceat. 10. Anselmus Boetius lib: 2. de

Bb

Gem:

Gem: & Lapid: cap: 53. *Smaragdus* venenatis mor-  
 bus animalium puncturis, Pesti item ac febris Pestilen-  
 ribus adversatur. 11. Aloysius Mundella Epist: 1. me-  
 dic: *Smaragdum* esse alexipharmacum validiss: ab omni-  
 bus proditum est. 12. Marsil: Ficinus lib: 3. de vita cœ-  
 litus compar: cap: 12. *Smaragdus*, *Sapphirus*, *Hyacin-  
 thus*, *Topasius*, *Rubinus* & c. occultis gratiarum propieta-  
 ribus pradita sunt, Et idcirco non solum inius adsunt a,  
 sed etiam si carnem tangant, ibiq; calefactu virtutem su-  
 am promant, vim inde cœlestem Spiritibus inferunt, quâ  
 se contra Pestem ac Venena tuentur. 13. Timotheus  
 Brighthus Parte 2. de Sanituendâ: *Smaragdus*, *Sap-  
 phirus*, *Hyacinthus* gestati, adversus Pestem valent.  
 14. Petrus Sibyllenus in libro de Peste. *Magnates* &  
 nobiles matrona Gemmas pretiosas, pro earum specificâ &  
 ingentâ virtute, annulis inclusas, vel pectori adplicatas,  
 ex *Hyacyntho*, *Smaragdo*, *Sapphiro* & c. que Veneno & aeri  
 corrupto à proprietate occultâ resistunt, recte gestare solent.

## VII. HYACINTHUS.

1. *Lonicerus* in ult: parte Herbar: *Hyacinthus* ge-  
 status à Pestis contagio adserit, quâ de causâ Amuleti vice  
 à colli sinistra parte suspenditur. 2. *Cardanus* lib: 7.  
 de Subtil: Eadem igitur ratione, ut quidam se expertos  
 esse retulerunt, si quid aliud Cor confirmat, Pestem quoq;  
 arcet, que maximè contingit ob metum & Cordis imbecil-  
 litatem, *Hyacynthus* hæc 2. abolet, multum igitur iurabit  
 arcendo Pestem. 3. *Rueus* lib: 2. de Gem: cit: A popula-  
 tim seriente Peste, cum manifestâ sui qualitate, tum re-  
 conditâ quâdam proprietate, gestantem adserere creditur  
*Hyacinthus* s: 4. *Maarardus* lib: 1. Epist: 3. Medicin:

*Quædam*

Quadam sunt, quae gestata utilia esse creduntur contra Pestem, ut Hyacinthus collo ad pensus, vel digito gestatus. 5. Gerard: Bergensis lib: de Peste. Inter medicamenta, quae venenositati Pestilenti resistunt, primo loco sese nobis offert Hyacinthus, mirabiliter occulta proprietate Pesti resistens, qui continuo ita ab omnibus, à Peste. preservari cupientes gestandus est, ut extrinsecus Cordis regionem attingat. 6. Anselmus Boetius lib: 2: de Gem: c. 31. Praecipuus Hyacinthi usus est ad Pestem arcendam. si pro Amuleto, collo ad pensus, aut annulo inclusus gestetur. 7. Autor Horti Sannitantri: de Lapide 65. Valet Hyacinthus contra Pestiferas infectiones & omne toxicū. 8. Hollerius in libel: de Peste Gestata contra Pestem profunt, Hyacinthus, Rubing, Saphirus & c. 9. Calp: Schvvenckfain lib: 3. Catal: fossil: Hyacinthus imbecillitatem pellere fertur, & contra Pestilentis contagionis noxias magnopere commendatur. 10. Jo: an: Renod: lib: 2. Dispens: Sect: 2. c. 6. Hyacinthus Cor roborat, & à Pestilenti contagio tuetur. 11. Augenius lib: 3. de Peste c. 8. Hyacinthus virulentarum bestiarum icibus, ac malignis venenatisq; medetur adfectibus. 12. Crato in tri: de Peste: Hyacinthus non solum intra corpus, sed etiam foris gestatus. Pesti resistit. 13. Daniel Sennert: lib: 5. c. 4. Epit: Phys: Hyacinthus ad Pestem curandam annulo inclusus, aut de collo suspensus commendatur. 14. Rudius in fine c. 30. lib: 3. Pract: Avicenna admirabilem proprietatem Hyacintho, Cordis regioni diutius adposito, vel in ore detento, contra Pestilentes febres tribuere videtur. 15. Joh: Dan: Mylius lib: 4. Basil: Chymicæ cap. 5. Pro constanti creditur Hyacinthum hominem tutum reddere à fulminibus & Peste, & nitorem omnem amittere, si quis Peste laboret.

16. Ioh: Fragofus cap: 4. lib: de Aom: & Exot: *Hyacinthi virtus est Cordialis, quemadmodum adparet ex confectioe illa de Hyacinthis, contra Pestem ac Febres malignas valens.* 17. Martinus Panfa, lib: 6. Praet: cap: 56. *Hyacinthus & Cbrysolitus gemina, digito annulari gestata, Pesti resistunt.*

TERRARU Maliquot Genera, & MARINA.

### I. AMBRA.

1. Crato in Consil: medic: Ego certissimo Experimento didici infundere supra Ambram opt. Vinum Malvaticum destill: in vitrum & diligenter obturare & manè aliquot guttas cum Pane sumere, esse excellentiss: remedium preservativum in Peste: Idem: Ambra valet plurimum in adfectibus Pulmonum, & in Febribus Pestilentibus, presentissimum remedium est. 2. Marfil: Ficinus in lib: de Epidem: cap: 10. *Quidam tempore Pestis, Ambram cum vino exhibent.* 3. Bernh: Croneburgius in libel: de Peste. *Ambra tempore constitutionis pestiferæ, magnam vim obtinet in roborando Corde ac Spiritibus instaurandis.* 4. Georg: Agricola lib: 2. de Peste. *Ambra, Succino cognata, non minorem illo vim habet in Peste.*

### II. SUCCINUM.

1. Cunradus Kunrad parte 1. Medul: destill: Tract: 9. *Succinum intro datum, adversari dicitur Pestilenti veneno quemadmodum & suffitus cum eo per conclavia domus factus, purgat Aerem ab omnibus pravis inquinamentis.*

2. Heur-

2. Heurnius lib: de Peste cap: 8. Germani Succini albi  
 3j propinant in curatione Pestis. 3. Anselmus Boetius  
 lib: 2 de lap: ac gem: cap: 160. Succinum Cordi imprimis  
 amicum est, & propterea Syncope, Palpitationem & Pe-  
 stem curat, morbosq; contagiosos abigit, & Cor contra o-  
 mnia venena tuetur. Et paulò post: Fumus Succini cu-  
 biculis exceptus, Aeris putredinem corrigit, Pestisq; uido-  
 uis consumit, eorumq; nocumenta emendat. 4. Georg:  
 Agricola de Peste lib: 2. Succini in pulverem contriti pon-  
 dus denarij sumitur ex Vino contra Pestem: 5. Crato de  
 Peste. Succinum album Cordi maxime est amicum, &  
 contra Venena vim habet. 6. Cardanus lib: 5. de subtil:  
 Succinum candidum, pretiosiss. gustu dulce & optime o-  
 lens, adeo ut suffitum, in conclavibus contra Pestilentiam,  
 ad 3. usq; diem conclave bene olere faciat, manifestum est,  
 igitur, hoc medicamentis reliquis conmixtum plurimum  
 conferre. 7. Bernh: Croneburgius de Peste. Ego in-  
 ter Amuleta ad Pestem habeo Succinum album pulv: cum  
 aq. Ros: aut Scabios: exhibitum, ex quo praterea mane Suf-  
 fitum intra nares & os excipio. 8. Georg: Agric: lib: 4.  
 de natura Fossil: cap: 14. Cum ramenti Succini, Pestis  
 causâ, solemus conclavia longius ac prolixius suffire, odor  
 ille pestilentis Aeris putredinem debilitat. 9. Andreas  
 Aurifaber in lib: de Succino, cap: 11. Succinum suffitum  
 non modò aerem corruptum emendat, verùm etiam omnia  
 Venenata animalia abigit: 10. Schvvenckfeldius lib: 3.  
 Catal: Succinum, Pestem & omnia venenorum genera  
 arceat. 11. Libavius Parte 3. Singular: de Succino lib:  
 15. cap: 27. Succinum Pestem arceere probiberetq; traditur.

Idem in schol: ejuldem Cap: *Fumus Succini corrigit edificia Peste infecta, nec admittit Contagium, quo plerumq; propagatur Lucs. Cardanus causam conijcit in sua-veolentiam & siccitatem. Sed neutra vera est, multa enim sunt jucunda odore ac sicca, qua tamen Pestem non averunt.* 12. Idem Autor cap: 28. *ibid: Succinum tam familiare adjuvmentum Cordi creditur, ut etiam perhibeatur exbilarare, Spiritus turbidos recreare, Pestem ac Venena depellere, nec admittere.* 13. Augenius lib: 3. de Peste cap: 8. *Succinum Cor & Stomachum firmat, unde Cardiacis & Cordis palpitationi accommodatur.*

### III. BOLUS ARMENUS.

1. Matthiolus comm: in lib: 5. Diosc: cap: 71. *Bolus Armenus, omnium probatiss: Medicorum consensu non solum adversatur Venenis, sed & Pestilentibus quibusque morbis.* 2. Ant: Valetius in schol: ad lib: Hollerij de Peste. *In Bolo Armeno & Terra Lemnia, tantum virium reposuere veteres ad arcendam Pestem, ut nemo unquam sit visus, Peste interuisse, qui bis antidotis sit usus.* 3. Valeriolia in adpend: loc: commun: cap: 2. *Inter Simplicia, tota sua substantia enervanda contagioni Pestis congruentissima, primas partes tenet Bolus Armenus & Terra Lemnia, non tam, quod siccando profint, quam quot tanta substantia venenose qualitati adversentur.* 4. Fumanelus lib: de Peste cap: 5. *Bolus Armenus prestans habetur Pestilentibus febribus medicamentum, ut Galenus tradidit.* 5. Joubertus tract: de Peste cap: ult: *Bolus Armenus propulsanda Pesti maximam vim obtinet,*

*nec mo.*

nec modo præservandi facultate pollet, sed etiam certò curandi. 6. Galenus lib:9. Simpl: In magnà Pestilentia, quotquot hoc medicamentum bibere, celeriter curati sunt, at quibus non profuit, omnes interièrè, scilicet cum nec alio quovis juvarentur, undè colligitur, quod iis dumtaxat non fuerit auxilio, qui planè erant incurabiles. 7. Petrus Bayrus de Peste. Bolus Armenus conducit adversus Pestem si  $\zeta\beta$  aut  $\beta\gamma$  ejus cum  $\zeta\gamma$  Aq: Rosar. &  $\zeta\beta$  Vini dentur, 8. Johan. Daniel Mylius lib.4. Basil. Chym: cap. ult. Bolus Armena cum Aqua Acetosa pota, adversus contagia Pestis offertur. 9. Barth. Montagnana in Cons. Bolus Armenus convenit Pesti, dando ex eo  $\beta\gamma$  omni die cum vino. Conferret valdè ita datus febribus Pestilentibus: & qui advescit ejus potui tempore Pestis, præservatur ab ejus nocumento. 10. Bernhard: Cronenburgius in Tr: de Peste. Præ omnibus maximè, ceu sacrum quoddam Antidotum, probatur Bolus Armenus eximiâ prerogativâ adversus omnem pestiferam contagionem. 11. Fernelius lib:1. meth: med: cap: 21. Bolus Armena Pestilenti febre opitulatur, eiq; resistit, putredinemq; cohibet. 12. Lonicerus parte ult: Herbar: cap: antepenult: Bolus Armena Febribus Pestentialibus est salutaris: cum aqua Acetosa adversus contagia Pestis potus prodest. 13. Cardantis lib:5. Subtil: Terra Armena egregiè siccatur, ob id Pestiferis morbis salutaris est. 14. Aloysius Mundella Epist: 1. medic: Terra Armena substantiâ tum aereâ & levi, tum plurimâ exsiccandi facultate prædita est, nec non ut Avicenna ait 4. Fen, 1. lib: c.5. boni est odoris, qua singula ad morbû Pestilentem arcendû, & curandum conferre compertum est.

15. Ioach:

15. Joach: Schillerus de Peste Britan: *Vix aliud præservativum mirabilius est Bolo Armeno adversus Pestem, debet autem minutim contusum, in campestrium Rosarum aqua mergi, ut liquorem combibât. Et sua sponte exsicceetur, quo facto conteratur denuò, quater jam lotum Et exsiccatum usui reponere: Hujus manè ℥j aut ℥ij modò cum vino, modò cum Limonum succo exhibentur.* 16. Renodæus in Dispensat: lib: 2. Sect: 1. cap: 2. *Plurimum valet contra Pestem, Bolus Armenus.* 17. Palmarius lib: de Febr. Pestil: cap: 18. *Bolus Armena Pestis contagia arcet, Et jam contracta vim obtundit ac bebet at.* 18. Hollerius in libel de Peste. *Boli Armeni ℥j in Vino albo tenui Et aqua Buglos vel Acetosa propinetur in Peste.* 19. Cunradus Geinerus lib: 1. Epist: 37. *Bolus Armenus ac Terra Sigillata junioribus calidis Et humidis seu Sanguineis præcipuè conveniunt in Peste, alius non item.* 20. Augenius lib: 3. de Peste cap: 8. *Bolus Armena febrì Pestilenti colliganti opitulatur, eiq; resistit putredinem cohibet ac sanguinis exspuitionem. Idem cap: 20. ibid: Bolus Armena obtinet miraculosam Et excellentem virtutem ad Pestem, enim utilem esse, non ipsi ut terra tributum est, sed ut Armenia, Et hoc ei concessum est tamquam speciale munus, Et quasi privilegium, præ cæteris à benignitate cæli, Et peculiari stellarum amicarum influxu, quæ facultas mirabilis cognita à nobis non est per rationem, sed per experientiam.* 21. Mindererus lib: de Peste cap: 15. *Ego Bolus Armenum totà substantiâ, Et ab intrinsecâ sui formâ, morbo Pestilenti adversari existimo.* 22. Ioh: Bokelius Parte 2. Regim: cap: 11. *Bolus Armenus Et Terra Sigill: maximè in*

Peste



*Peste utilia sunt.* 23. *Predicatur etiam in eadem Luc à Ioh: Philip: Ingrasià lib: de Peste, Daniele Sennerto lib: 5. Epit: Physic: cap: 1. Achille Gassaro in Tract: de Peste. Petro de Stilla, Tract: 2 cap: 2. maruâlis sui Cbesurgia, Johan: Saliceto de Peste, Gentili Fulginate, Baptista Fiarà, Cardano in lib: de Subtilit: Keglero in suo Regim: Pestil: Petro Sibylleno in lib: de Peste & aliis quamplurimis.*

#### IV. TERRA SIGILLATA.

1. *Vidus Vidius lib: 6. de Febr: cap: 5. Intus datur Terra Lemnia. quâ veteres medebantur Febribus Pestilentibus, ut patet ex lib: 9. Simpl: Galeni. 2. Augenius lib: 3. de Peste cap: 8. Terra Lemnia morsus Serpentum, omniumq; reptilium sanat; mortiferas ac venenatas portiones nocere prohibet, & Febr: Pestilenti, cum alci fluxu colliquativo resistit. 3. Renodæus lib: 2. Dispens: Sect: 1 cap: 1. Terra Lemnia vim habet Antidoti contra Pestem, & morbos contagiosos, ac maligna qualitati participes. 4. Goelenius in Loimographiâ quæst: 3. Terram Sigillatam cum convenienti liquore propinatam, insigniter multis profuisse, Pestis nostræ & Marpurgensis decursu, animadverti. 5. Jobus Fincelius de cura Pestis. Adultis Peste infectis datur ʒj Terræ Sigill: cum aq: Carduib: vel Scabiosa. junioribus autem datur ʒss. 6. Crato: In Peste maxime laudatur Terra Sigillata, si vera haberi possit. 7. Anton: Valerius in schol: ad librum Holler: de Peste. in Terrâ Lemniâ & Bolo Armeno reposuere veteres tantum virium ad arcendam Pestem, ut nemo unquam sit*

*visus, Peste interuisse, qui bisce sit usus. 8. Manlius in lib: Med: Terra Lemnia est optimum ac praestantiss. remedium in Peste. 9. Matthiolus comm: in lib: 5. Diosc: cap: 73. laudat etiam valde hanc Terram ad profligandam Luem Pestilentem. 10. Petrus Bayrus in lib: de Peste. Lemnia Terra utimur adversus Pestem, si 3ß aut 3ij dissolvantur cum Aq: Ros: 3ij & Vini 3ß. 11. Fumanellus in lib: de Peste, c: 5. Terra Lemnia, quæ & Sigillata dicitur, in Peste presentaneum est remedium. 12. Schvvenekfeidius lib: 3. Catal: fossil: Terra Sigillata Strigoniensis, admiranda facultate crudelissimo & horrendo Pestis contagio resistit, non solum ab hoc preservando tutos reddens eos, qui hanc utuntur, sed jam infectos & semimortuos ab Orci faucibus, & presente morte miraculosa celeritate revocando. 13. Georgius Agricola lib: 2. de Peste. Inter Pestis Alexiteria, quæ terra intra se gignit, vel ex se profert in lucem, primo nomenatur Terra Lemnia, quam Turca quoq; nostris temporibus homines a Pestem tueri perhibent, & eam correptos sanare, denarij autem pondere bibitur ex vino. 14. Sennertus in Epit. Scientiæ natural: lib: 5. cap: 1. Experimentis multis comprobatum est, Terræ Sigillatæ insignes esse vires contra Pestilentes febres malignas, & venenatorum animalium morsus. 15. Petrus Bellonius lib: 1. Observat: cap: 22. Terra Lemnia singularis est, adversus Pestem, & omnes defluxiones. 16. Eustach: Rudius lib: 3. Pract: cap: 30. Terram quoq; hanc inter probata Pestis remedia recenset. 17. Vide & Kunradum 2 part: Medul: destill: Tract: 20. qui similiter Terram sigillatam insigniter contra Pestifera contagia*

com

commendat. 18. Forestus lib: 6. de Febr: Terra Sigill:  
31. si cum modico Vino jejunis detur, nullum Venenum ad Cor  
penetrare permittit.

## SECTIO II.

Exhibens nonnulla SIMPLICIA Spagiricè  
elaborata.

### DISTINCTIO I.

#### AQUÆ DESTILLATÆ.

I. **A**qua Angelicæ. 1. Tragus in lib: de  
Peste. De hac aqua agro ad 3. vel 4. coch-  
learia propinabis, multorum utilitate ac  
commodo hac Aqua experta est, omnibusq; tuto exhibetur,  
cujuscumq; ætatis fuerint. Si quis hujus aquæ 2. vel 3. coch-  
learia semel aut bis in hebdomadâ biberit, nobilissimum ef-  
se præservativum cognoscat. 2. Henricus Dobbin lib:  
de Peste. Angelica per noctem in Vino macerata destilla-  
tur. Liquoris destillati 2. aut 3. cochlearia maxè bibun-  
tur, Est remedium præstantiss. contra Pestem. 3. Lo-  
nicerus, cap: 302. parte 2. Herbar: sui. Aqua destill:  
rad: Angel: mirè confert Pests contagio. 4. Ta-  
bernæ montanus libro 1: sect: 3. cap: 12. Aquæ An-  
gelicæ haustulus unus, manè antequàm quis in publi-  
cum prodeat, sumptus, præservat a contagione vene-  
nat: Dari quoq; & Pueris infantibusque sine noxâ  
potest. 5. Callor Durandes in Horto Sanitat:

*Aqua Angelica preservat à Peste.* 6. Balthasar Muller in tract: de 147. *Aquis destill: Aqua Angelica resistit Pestilentia.* 7. Joh. Dan: Mylius lib: 6. Basil: Chym: cap: 6. *Aquar ad: Angel: mirè confert Pestis contagio.*

2. *Aqua Carduibenedicti.* 1. Remaclus Lymburgensis in Hist: aquar: *Carduibenedicti aqua singulare est Antidotum contrà Pestem.* 2. Castor Durandes: *Aqua stillat: Carduib: contrà Pestem ac venena sumitur.* 3. Tabernæmontanus Sect: 10. lib: 2. cap: 5. *Aqua Carduibenedicti utilis est in omnibus febribus Pestilentibus.* 4. Joh. Dan: Mylius cap: 14 lib: 6. Basil: Chym: *Aqua vel decoctum hujus herba, Venena omnia pellit, cujus rei exemplum Hieron: Tragus adducit. Fuisse enim puellam quandam, qua inscia cum Pomo dono dato, Venenum ederit, moxq; corpus ejus inflatum, nec ullis Antidotis Tumorem sedari potuisse, tandem verò Aquà stillat: hujus Herba datà, Tumorem subsidisse, atq; sic à Veneni malo & periculo liberatam fuisse. Idem ex alio refert, Puero in campo dormienti, Serpentem per os hians irrepisse ac herba hujus aquà porrectà, per inferiora mox Serpentem secessisse, nec quidquam periculi puero inde obrigisse.* 5. Palmarius de Febr: Pestil: cap: 18. *Aqua still: Carduib: remedium baus contemnendum Februm malignarum ac Pestis.*

3. *Aqua Morsus Diaboli.* 1. Hieron: Brunsuic: *Aqua hac pondere ℥j pota, à Peste optimè preservat.* 2. Palmarius cap: 18. lib: de Febr: Pestil: *Aqua Morsus Diaboli Pesti adversatur, quocumq; modo usurpetur.* 3. Castor Durandes in Herb: *Aqua hujus herba manè ad ℥ij pota, preservat à Peste.* 4. *Quod idem testatur. Tabernæmont: lib: 1. Sect: cap: 15.*

4. *Aqua*

4. Aqua Acetosa. 1. Crato in Consil: Bene destillata aqua Acetosa cum succo Limonum vel aceto, pro Pueris & gravidis, Peste infectis tantum valet ad curandum, quantum fortè nulla alia operosa compositio. 2. Lonicerus Parte 2. Herbar. cap. 64. Aqua Acetosa cum Theriacà mixta, confert Pestilenti malignitati. 3. Valesius in Tract. de Epidem: cap. 9. Aqua Acetosa valet contra Pestem, quia confortat Cor. 4. Remaclus Lymburg. in Histor: aquar. Aqua Acetosa cum Theriacà temperata, adversus Pestem presentaneum est remedium. 5. Castor Durandes: Aqua Acetosa utilis est, tempore Pestis. 6. Renodæus in Dispens: lib: 1. Sect: 5. cap: 11. Aqua Acetosa febribus continuis & Pesti confert. 7. Weckerus, Antid: spet: lib: 2. Sect: 1. Aqua Acetosa cum Theriacà bibita, medetur Pesti. 8. Jul. Palmar: cap. 18. de Pestil: febr: Sunt qui Aquam Acetosa ad Pestis præcautionem & curationem conferre credunt.

5. Aqua Ruta. 1. Lonicerus 2. Parte Herb: c. 123. Aqua Ruta potenter resistit Pestis malignitati. 2. Remaclus Lymburg: Ruta aqua adversus omnia venena, presentaneum censetur Antidotum, quare tempore Pestis usus hujus Aqua summopere commendatur. 3. Castor Durandes in Horto Sanit: Aqua stillat: Ruta contrariatur Pesti. 4. Tabernæmont: lib: 1. Sect: 4. cap. 31. Aqua Ruta conducit omnibus venenis, præsertim autem tempore Pestis, & aeris infectioni prodest, si manè ejus bibebantur. 5. Balthasar Muller in Tract: de Aquis destil. idem confirmat.

6. Aqua Veronicæ. 1. Tragus lib: 1. de Plant.

*Veronica vino macerata ac destill: remedium est efficacissimum ad quaslibet Pestilentes febres, binarum unciarum dosi pota. 2. G. Weinrichius in Homiliâ 3. super Pl. 91. Si ʒij circiter Aqua Veron: jejunè sumatur, vel spongiola, hac aquâ probè imbuta naribus ad odorandum obicitur, nobile dicitur esse preservativum contra Pestem. 3. Hieron: Brunsvic: in Pharmac. domesi: Aq: Veron: ʒij manè pota, commodissimum preservativum est, prodest etiam Caput & manus ea abluere. 4. Castor Durandes in Horto Sanit: Aq: Veron: ʒiij cum Theriac à sumpta, curant Lue Pestifera insectos. 5. Tabernæmont: lib: 2. Sect: 2. c: 28. Aqua Veronica resistit Pestilentia. 6. Lonicerus 2 parte Herbar: sui cap: 16. Aq: Veron: ʒij manè pota, optimum est Pestis preservativum.*

7. Aqua Tormentillæ: 1. Remaculus Lymburg: de Aquis destill: Tormentilla aquam contra Pestem nonnulli presentaneum Antidotum tradunt. 2. Autor Pandectarum: Aqua Tormentil: resistit omnibus venenis, unâ ad preservandam & curandam quoq; Lucem Pestilentem, tempore Contagij grassantis, utiliter datur. 3. Tabernæmont: lib: 1. Sect: 4. cap: 22. Aq: Tormentille Peste insectis plurimum confert. 4. Bokelius in suo Regim: & Castor Durandes in Hort: Sanit: idem testantur.

8. Aqua Scabiosæ. 1. Brunsvicensis in Pharmac: dom: Aq: Scabios: ʒij manè pota, Pestilentia resistit: confert Anthracibus imposita. 2. Tabernæmont: lib: 1. Sect: 5. cap: 14. Aqua Scabiosa commendatur contra Pe-

trâ Pe-

trā Pestem. Et si in eā dissoluta fuerit Theriaca vel Mithridatij nonnihil, egregiam potionem sudoriferam concinabis ad expellendum Venenum Pestiferum e corpore.

3. Weckerus in Antidot: spet: lib: 2. Sect: 1. Aqua Scabiosa valet contra Pestem. 4. Palmarius de Febr: Pestil: cap: 18. Aqua Scabiose magnas adversus Pestiferi mali pernitiem vires habet, & longè eam à Corde propellit. 5. Reineccerus in Thef: Chym: hanc aquam quoq; pro preservatione Pestis inter alia Alexiteria commendat.

9. Aqua Fol: & Florum Arbuti. 1. Carolus Clusius: Ex Arbut: foliis & floribus aquam elici vitreis organis scribit Amatus Lusitanus, eamq; servari, tamquam secretissimum, adversus Pestem ac Venena antidotum. 2. Matthioli comm: in Dioscor: Sunt qui credant, Arbutum opem maximam prestare adversus Pestem, quam obrem Aquam que ex foliis extracta sit, admixto Osse Cordis Cervi, statim ubi morbus invasit, magno juramento egrotantibus exhibent.

10. Aqua Valerianæ. 1. Tabernamontan: Sect: 5. lib: 1. cap: 16. Hujus Aqua ʒiʒ vel ij manè jejuno stomacho sumpta, hominem ea die, ne à Peste inficiatur, preservant. 2. Brunsvicensis: ʒij manè de ista Aqua pota, optimè preservant. 3. Remaclus Lymburg: in Hist: Aquar: Valeriana aqua ad aerem Pestilentem rectificandum multum efficax censetur. 4. Castor Durandes in Herbar: Hac aqua pota, utilis est contra Pestem.

11. Aqua Nucum Juglandium: 1. Goelenius in Loimograph: Aqua Nucum viridium, maximam est viriū in Peste tum in refrigerando tum veneno resistendo.

preserv-

*praesertim aliis commixta. 2. Felix Platerus de curâ  
 Febrium Pestil. Aqua Nucum viridium summopere lau-  
 datur in curâ Pestis. 3. Palmarius cap. 18. de Febr. Pe-  
 stil. Aqua ex immaturis Juglandibus elicita & pota,  
 venena irrita facit, & ad Pestis arcenda contagia miri-  
 ficè commendatur. 4. Levinus Lemnius de Herbis  
 Bibl: cap. 32. Elicitur de Nucibus virentibus aqua, ad  
 multos usus efficax, nempe ad Pestis contagia. 5. Ru-  
 landus de Febre Ungar cap. 6. Aqua Nucum viridium  
 magnarum est virium in hac Lue. 6. Euonymus in 1. par-  
 te 1. hes. Aqua nucum juglandium immaturarum, foris  
 imposta prodest vulneribus & ulceribus calidis, & An-  
 tibraci Pestilenti, pota etiam ad  $\zeta\text{ij}$  refrigerat, ac Pesti re-  
 sistit. Ex putaminibus etiam exterioribus Aqua destilla-  
 tur, cujus mediocris potio, adversus Pestem, tamquam cer-  
 tum experimentum propinatur. 7. Grattarolus. Ex Nu-  
 cibus Jugland: aliqui aquam destillant, utilem in Peste,  
 8. Fumanellus lib. de Peste. Liguoris stillat: Nucum  
 viridium  $\zeta\text{vi}$ . sudorem evocant in Peste. 9. Alexius Pe-  
 demont. lib. 1. Secret. Medicamentum probatiss. adver-  
 sus Pestem ita paratur: Cape Noces immaturas quantum  
 sufficit, qua cum macerata fuerint in Aceto per 8. dies. exi-  
 mantur, & contendantur, demum destillentur. donec om-  
 nis Aqua exierit. Dosis hujus aquae  $\zeta\text{ij}$  sumens, in lecto  
 bene coopertus maneat. Nam hec Aqua virus evacuat  
 vel per secessum, vel per vomitum. 10. Lonicerus cap. 33.  
 sui Herb: Aqua destill: è corticibus viridibus Nucum, bi-  
 bitur adversus Pestem; cum tertiâ parte Aceti, si cum ca-  
 lore invaserit. 11. Tabernæmont. Sect. 2. lib. 3. cap. 3.*

*Aqua*



*Aqua Nucum juglandium utilis est tempore Pestis, si haubulus ejus potetur, resistit enim Veneno Pestis acrio, infesto, longè autem efficacius operabitur, si nonnihil Theriaca in illà dissolutum fuerit.* 12. Weckerus in Antidotar: Spet: lib: 2. Sect: 1. *Aqua Nucum juglandium refrigerat, ac Pesti medetur.* 13. Petrus Sibyllenus in lib: de Peste. *Sunt, qui mirificè Aquam Nucum jugland: destill: commendant per præservatione manè ebibitam.*

12. *Aqua Fraxini.* 1. Euonymus: 1. Parte *Theauri. E Fraxini cortice interiore, destillati liquoris ℥ij cum totidem uncis Vini albi, contra Pestem bibuntur, & idem potus, post horas 3. repetitur. Sic volente Deo, intra 24. h. liberabitur aeger.* 2. Crato de Peste. *Aqua destill: ex Cortice tenero inter: Frax: ejusq; Surculis teneris, usi sunt Gedanenses adversus Pestem Anno 1564.*

13. *Aqua Citriorum malorum.* 1. Petrus Droettus in Consil: de Peste. *Accipe Citria Mala, in partes multas divisa, No. x. Summit: Borrac: Mj. Vini albi odorati ℥ij. Destilla Vase vitreo. Hujus aqua jejuniis ℥ij. Pestis tempore sumat.* 2. Heurnius in Prax: seu meth: med: *In Italia, fragrantiss. Aqua exstillatur è floribus Citriorum, qua præter suavem odorem quem spirat, Veneno Pestilenti quoq; resistit.* 3. Quercetanus in Diætet: Sect: 3. circa finem cap: 2. *Aqua ex Succo Citri destillata, Cor aliasq; partes roborat contra Pestem ac malignas febres.* 4. Mindererus de Peste cap: 15. *Aqua & Corticibus Citri aut integro Pomo destillata, Pesti maxime resistit.* 5. Joh: Bokelius in suo Regim: *Aqua*

*Flor: & Cort: Citri cum Aceto destill: prestans Alexite-  
rium est tempore Pestis. 6. Rulandus de Febre seu Mor-  
bo Ungar: cap. 6. Aqua Citri rectè destillata, inditis ali-  
quot Gustis Spiritus Vitrioli, multum roboris adfert Cor-  
di, inde reus à malignitate Febris.*

14. Aqua Diptamni. 1. Castor Durandes  
in Horto San: *Aqua Diptamni frequenter sumpta, pre-  
servat à maligna infectione aeris. 2. H. Brunsvicensis  
in sua Pharmac: dom: Aqua Dipt: ̄ss quantitate bibita,  
optimè à Peste preservat. 3. Lonicerus, cap. 105. Parte  
2. sui Herbar: ̄ss bujus aqua manè & vesperi pota, oblusca-  
tur Pestifera labi.*

15. Aqua Pimpinellæ. 1. Tabernæmont: *Sect: 3. lib. 3. cap. 23. Hujus aqua ̄i manè quotidie sum-  
pta, eodem die hominem tutum reddit à Peste, confortando  
Cor, valdè consultum & utile est, quemlibet tempore Pe-  
stis juxta usum aliorum Antidotorum, singulo oëtiduo se-  
mel manè, vel à meridie, ̄ij bujus aqua ebibere. & inde in-  
lectum ad sudorem se componere, omne enim venenum per  
sudorem & urinam expellit, nec sinit aliquem facile Peste  
infi. 2. Lonicerus parte 2. Herbar: cap. 12. Aqua  
Pimp: nella pota, preservat à pestifera infectione. 3. Turn-  
heiserus lib: 1. Hiltor: Plant: cap. 305. Aqua Pimpinell:  
contra aerem noxium & contagium Pestilens commen-  
datur.*

16. Aqua Galegæ. 1. Tabernæmont: *Sect: 4  
lib: 1. c. 34. Aqua Galegæ prestans: medicamentũ est, ad  
pellendas maculas Pestiferas, tam in adultis, quam pueris,  
subindè manè ac vesperi ad ̄ij vel ij sumpta, ut sudorem  
eliciat.*

eliciat: Utilis quoq; est preservativi loco, si manè ejus cochlearia bina capiantur. 2. Fumanellus lib: de Peste cap. 5. Lignor stillat: Galege sumentem à Pestilenti febre arceat, aut eà adfe Jumsanat.

17. Aqua Malorum Arantiorum. . Matthiolus lib: i cap. 131. Hac aqua optimè facit ad febres Pestilentes, datur potanda ʒvi pondere, magno sanè auxilio, ubi à centro ad circumferentias humores infectos trahere sit opus, siquidem valenter sudorem provocat, ac Cordi subvenit. 2. Heurnius in meth. med: Aqua florum Arantiorum valdè confert Pesti:feris malis, presertim ubi Petecchia efflorescunt. 3. Caltor Durandes in Horto San: Aqua Arantiorum utiliter in Peste, ac pestilentibus febribus propinatur.

18. Aqua Cruciatæ. 1. Tragus in Hist: Stirp: & in lib: de Peste. Aquâ Cruciatæ adversus Pestem utuntur nonnulli. 2. Lonicerus parte 2. Herbar: cap. 167. Aqua Cruciatæ venenis adversatur, undè non immeritò contra Pestem quoq; adhiberi potest. 3. Mart: Mullerus de Peste. Aqua Cruciatæ in Pestilentibus febribus prodest.

## DISTINCTIO II.

## OLEA STILLATITIA.

1. **O**leum Juniperi. 1. Adolphus Oeco de Peste. Oleo Juniperino utuntur quidam calo Pestilenti, efficaci amuleto, naribus & temporibus eo inunctis. 2. Heurnius lib: i. Meth: med:

D d 2

Oleum

*Oleum Juniperi* fœdam vim aeris intrò sumptum, arceat.  
 3. Henricus à Bra in Catal: Simpl: ex Henrico de Turri: *Præservativum insigne ad Pestem*, quo usus est Nobilis quidam Vienna in sævis. Peste, & liber mansit cum totâ familia, cum cetera familia omnes periclitarentur. Primò totam domum suffumigavit Oleo Juniperi, vivis carbonibus arceso: Postea antequàm foràs progredierentur domestici frustulum panis tosti, 3. aut 4. Gut: Olei Junip: imbutum devorabant: Tertiò pulsus brachiorum, tempora ac nares hoc Oleo illinebant. 4. Andernacus jubet, ut Gossypium, Oleo Juniperino imbutum in pixide circumferatur loco Pomambra, tempore Pestis. 5. Weckerus in Antid. spet: lib: 2. Ol: Juniperi corpus ab omni Veneno & Pestilenti aere tuetur. 6. Palmat: cap: 18. de Febr: Peste: Una Gut: Ol: Junip: aliis alexipharmacis mixta, sudores copiosos movet, & Pestis perniciùm obviat. 7. Joh: Poppio lib: 1. de usu rem: Chymic: *Oleum hoc insigne arcanum est contra Pestem*, siquidem ab infecto omne venenum per sudorem expellit mirificè. 8. Kunradus in Part: 1. Medul: de Rill. Tract: 20. Ol: Juniperi insigne Pestis præservativum & curativum est, veneno enim potentissimè resistit, & à Corde illud per sudorem expellit, idcirco tamquàm singulare Antidotum contra hanc tuem magnificandùm. Infectus G. 12. vel 15. hujus Olei sumat bis in die cum pauxillo Theriaca &c. 9. Bokelius in suo Regim: idem *Oleum valdè in Peste abigenda deprædicat*. 10. Reinocerus lib: 6. Thef: Chym: Ol: Junip: sumptum & arteriis ac temporibus illitum à Peste præservat. Pro curatione verd G. 6. bis spatio h. 24. dentur.

2. Oleum

2. *Oleum Citri*: 1. Jul: Palmar: cap: 18. de Febr: Pestil: *Oleum Cort. Citri putredini, & venenis Pestilentibus prater opinionem resistit, sumptum, aut Carpis ac Cordis regioni inunctum*. 2. Adolphus Occo in Tract: de Peste. *Oleum è Granis Citri in Pestilentis statu optimum est Alexiterium*. 3. Sylvius in libro: 3. Meues, de re Medicà: *Oleum ex Seminibus Citri in Peste, Alexiterium est*. 4. Quercetanus in Diætet: sect: 3. cap. 12. *Ex Cortice Citriorum Oleum Cardiacum & sudoriferum, ad Pestem, aliosq; adfectus venenatos extrahitur*. 5. Joh. Bokelius parte 1. Regim: sui cap: 17. *Oleum Citri egregium est preservativum, si tempore Pestis nares, tempora & pulsus eo inungantur*. 6. Ioan: Hennem: Reyling in Idea Leimode: *Oleum Cort: Citri ad G. 3. quotidie sumptum cum Syr: Acetos: Citri Pestilentibus infectionibus resistit*. 7. Hollerius in lib: de Peste. *Oleum Citri in preservatione Pestis laudatur, si G. 3. ex decocto Berberon: aut Syr: de Limon: dentur*. 8. Joh Poppius lib. 1. de usu remed: Chym: *Oleum Citri preservat hominem à Pestiferà infectione, si cum Sach: mixtum, redigatur in formulas Rotularum, quarum una atq; altera mane deglutiatur*.

3. *Oleum Succini albi*. 1. Crollius in Basil: Chym: *In Peste una Guttula Ol: Succini mane ac vespere naribus adfricetur sic enim nullum venenum Cor insicere potest. Correptio datur à ℞ ad ℥j in aqua Carduib:* 2. Joh: Rhenanus in Antidotar: Pestil. *Ol: Succini naribus illitum, potenter preservat à Peste*. 3. Joh: Poppius lib: 1. de usu remed: Chym: *Oleum Succini admo-*

dum confert Febris ardentibus ac Pestilentibus intro-  
datum. Cautè tamen ejus usus à prudenti Medico incundus.  
4. Iohan: Neander in suo Regim: de Peste. Oleum Suc-  
cini in signe tum preservativum, tum curativum Pestilen-  
tium febrium est. 5. Ioh: Dan: Mylius lib: 2. Antido-  
tar: c: 5. Oleum Succini ab omni veneno, & aere pestilen-  
ti preservat naribus inunctum, vel medicamentis idoneis  
admixtum. Idem lib: 4. cap: 22. Sacrum hoc Oleum olim  
adpellatum fuit, ob vires ejus insignes, quas tum per se,  
tum aliis admixtum præstat in Peste. 6. Gabelkoverus  
in Ichol: ad cap: 9. Andr: Bacij de Gemmis: Ol: Succini  
Gut: 2. vel 3. in Bombace vel Pomambra gestata ac odo-  
rat, infectum aerem arcent; idem præstant Tabula, cum  
una vel alterâ guttâ hujus Olei commixta. Qua ratione  
hoc Oleum utiliter in ejusmodi Aeris corruptione pro vero  
Europæo Balsamo usurpari potest. Non solum autem à  
Peste preservat, sed eadem correptos feliciter etiam curat,  
si G. 7. Olei cum 3ß Salis Absinth: in Ag: Carduib: vel Ace-  
tose sumantur, & aeger ad sudorem se componat. 7. Turn-  
heiserus in suo Pharmac: itinerar: idem oleum inter a-  
lia quoq; contra Pestem commendat. 8. Libavius lib: 5.  
de Succino in Ichol: ad cap: 28. ex Neandro: Oleum Suc-  
cini ad versus Pestem propinatur, cum Conservâ Scordij &  
Aqua Carduib: potest & diaphoreticis in Peste admisceri.  
9. Idem in cap: 27. ibid: Ol: Succ: habet varium usum ad  
arcendam Aeris malignitatem, si narium ale intus eo perun-  
gantur. 10. Weckerus ex Andernaco lib: 2. Antidor:  
spet: Ab omni Veneno & Aere pestilenti preservat Oleum  
Succini, naribus illitum, vel aliis medicamentis admixtum.

11. David Herlitius in regim: suo de Peste. Inter alia  
 praestantiss: praesidia contra Pestem, oleum Succini non infi-  
 mum locum obtinet, si nares eo inungantur, arcet enim o-  
 mnem venenatum aerem, ne per nares ad Cor trahatur.  
 12. Conradus Kunrad parte 2. Medul: destill: Tract: 8.  
 Oleum Succini magnarum sanè est Virium in amoliendâ  
 Pestiferâ infectione. 13. Michael Doringius in Dia-  
 trib: de Opobals: Sect: 3. cap. 3. Ad Aeris contagia &  
 Pestem declinandam, vel nares ipsos oleo Succini perunge-  
 re, vel guttulas aliquot gossipio exceptas naribus olfacien-  
 di gratiâ admovent expedit. 14. Anselmus Boethius  
 lib: 2. de Gemmis, cap 160. Olei Succini usus est ad aeris  
 contagia ac Pestem prohibendam. Ejus autem Gutta 3.  
 cum Sale Absinth: & Aqua Scabios: vel Acetof: sumpta quo-  
 tidie praeservant à Peste, ac curant, G. 7. cum Aq: Carduib:  
 & Sale Artemis: bibita, quia sudorem potenter movent, ac  
 virus omne expellunt. 15. Kunradus Parte 1. Medul:  
 destill: Tract: 9. In Peste Oleum Succini, singulare est  
 praeservativum ac Balsamum, cum aqua Scabios: sumptum  
 jejuno stomacho, vel in tabellas redactum addito Saebaro.  
 Curativum etiam est egregium, si guttula ejus aliquot ab  
 infecto cum Aqua Carduib: vel Fumar: capiantur, indeq;  
 sudori opera detur. 16. Commendatur quoq; hoc ole-  
 um ad Pestem à Beguino in Tyrocinio Chymico  
 cap 6. Item à Fuchio & aliis.

4. Oleum Angelicæ. 1. Tabernæmont: Sect. 3.  
 lib. 1. cap. 12. dentur Gutta 3. Oleum Angel. cum Vino

adver-

adversus Pestem. 2. Joan. Poppius lib. 1. de de usu medicis pagin: *Tempore Pestis Oleum Angel: maximum est Arcanum, si cum Sacharo mixtura redigatur in Tabellas, harumq; una vel altera mane deglutiat, resistit enim veneno, nec sinit malignam infectionem subire corpus. Si quis autem bac lue infectus fuerit, Ol: hujus Guttas 6. vel 8. cum Aqua Carduib. sumat ac sudet per 3 horas. Et inde maximum commodum percipiet.*

5. *Oleum Zedoariae.* 1. Poppius loco jam citato. *Ol. Zedoaria ad G 5. vel 6. exhibitum cum Aceto scilicito, efficaciter preservat à Pestifera Lue; Ab infecto vero virus per sudorem expellit, quia confortat Cor, nec sinit venenum ad illud penetrare.* 2. Turnheiterus quoq; in Pharmacop. castrensi, *idem Oleum inter alia, commendat in Peste.*

6. *Oleum Camphoræ.* 1. Weckerus Antidotar. spet. lib. 2. ex Andernaco: *Oleum Camphoræ datur ex liquore idoneo ad febres ardentes, continuas & Pestilentes.* 2. Joh. Bokelius in suo Regim. cap. 20. *Oleum Camphoræ in Peste multum prodest.* 3. Henneanus Reyling in Idea Loimode. *Oleum Campb. ad G. 1. cum Aceto Theriacali, mirifice preservat à Peste.* 4. Iohan. Poppius lib. 1. de usu remed. Chym. *Admodum hoc Oleum prodest Febribus Pestilentibus intro datum, sed cautione tamen adhibita.*

7. *Oleum Baccarum Lauri.* 1. Cunradus Kunrad 2. parte Medul. destill. Tract. 10. *Hoc Oleum in signe Pestis est preservativum, si ejus aliquot guttula mane*

mane



mane cum frustulo panis tosti, Aceto prius intincti sumantur, vel nares hoc Oleo inungantur. 2. Julius Palmarius lib. de febr. Pestil. cap. 18. Ol. stillat: Baccarum Lauri datum, deprehenditur liberare Peste infectos per sudorem. 3. Ioh. Poppius lib. 1. de usu remed; Chymicor. Hoc oleum, Venenum omne potenter exturbat, & in primis tempore Pestis, maximus & singularis est ejus usus, si Gutta 8. cum Theriacâ mixta dentur, per sudorem malignitatem Pestiferam dissipat.

8. Oleum Rutæ: Iohan. Poppius lib. modò citato. Si G. 6. vel 9. hujus Olei in Aceto Rosac: vel Rutac: adsumantur, Virus Pestiferum per sudorem expellunt. Et qui nondum adhuc infecti sunt, eos mirificè preseruat hoc Oleum, si quotidie illud in convenienti vehiculo usurpetur.

## DISTINCTIO III.

## SALIA CHYMICA.

**S**AL Absinthij. 1. Ioh. Daniel Mylius lib. 6. Basil. Chym. cap. 5. Sal Absinthij in Peste, arcanum, excellensq; est remedium. 2. Joh. Tholdius Sect. 4. suæ Haligraphiæ. Salis Absinthij 3ß quotidie manè cum vino sumpta, preseruat à Peste, si sudor inde eliciatur. 3. Palmarius cap. 18. de Febr. Pestil. Sal Absinthij sudoribus eliciendis & ichoribus absorbendis, in quibus Pestilens pernicies sedem habet, manifesto experimento conducit. Datur ex Aqua Cardui & succo limonum. 4. Ioannes Mollerus in Tract. de Peste cap. 5. Sunt qui Gr. 10 vel 12. Salis Ab-

E e      sintbi

*sint hii in Vino albo, aquâ Buglosi diluto, exhibent in Peste.*  
 5. Joh: Bapt: Chodronchius in libel: de Sale Absinth:  
*Sal Absinth: habet peculiarem vim resistendi putredini, ac*  
*ab eâ homines immunes reddend. ideo in custodia & cura-*  
*tione Pestis plurimum valet, quia preterquam quod omnē*  
*arceat putredinem, ex qua omnis ferē Pestis oritur, robor*  
*quoq; Cordi confert, ipsumq; munit adversus Pestilentium*  
*morborem injurias, idq; si ʒj vel ʒj in vino generoso, Peste*  
*adfectis detur, pannisq; calidis sudor provocetur sic enim*  
*illi ab omni Pestifero adfectu immunes reddentur.* 6. Joh:  
 Poppius lib. 1. de med: Chym: *Sal Absinthij in omnibus*  
*ferē morbis usurpatur, imprimis tamen valde utilis est in*  
*Peste.* 7. Joh: Wittichius in suâ Haligraph: *Sal Ab-*  
*sinthij admodum Pestilentibus morbis confert.* 8. Jo-  
 han: Matthæus in discursu de Febre Pestil: *Aliorum*  
*celebriorum Medicorum testimonio propriâq; observatione*  
*didici, praclarum in Sale Absinthij auxilium esse (scilicet*  
*in Peste.) Gesnerus scriptum reliquit, Theophrastum .Salis*  
*Absinthij Grana cum vino aegris exhibuisse. Ego verò in-*  
*terdum ʒss cum Aqua Carduib: interdum cum Extr: An-*  
*gelica non sine magnâ utilitate exhibui, quia putredinem*  
*potenter inhibet.* 9. Kunradus Parte 2. Medul: Destill:  
 Tract: 8. *Sal Absinthij singulare preservative ac cura-*  
*tivum Pestis est.* 10. Evangelista Quatrammus in  
 Tract: de Peste cap. 6. *Salis Absinthij ʒi Peste infecti ca-*  
*piant cum haustu vini opt: & in lecto bene cooperiti per 2.*  
*vel 3. horas sudent.* 11. Gervasius Marstallerus Parte 2.  
 Tract: de Peste. *Quibus est Sal Absinthij, is si Peste se-*  
*infectum sentiat, illius ʒi cum pauxillo Theriacæ in Aceto*

vini

vini dissol: potu exhauriat & sudet. 12. Droettusia  
 Consil: de Peste. Inter cetera, quæ in Peste ciendo sudori  
 ac commodatissima sunt, Sal ex Absinth: Rom: primas te-  
 net, ut qui non modo 1. miâ dosi exhibitus, copiosissime su-  
 dorem concitet, verum etiam huic malignitati potentissime  
 resistit. Dantur Gr: 10. ex vino albo, vel Conservâ Ros: aut  
 Aquâ Citri. Hoc uno remedio complures sunt servati à  
 Peste Anno 1567. 13. Christoph: Wirfungus etiam  
 commendat in Peste hunc Salem, dicens eum ab illius infe-  
 ctione maxime servare hominem, Pract: suæ parte 6.  
 cap. 15. distinct: 12. 14. Ioh: Kentmanus. Sal Absin-  
 thii probatur in Febris ac Peste. 15. Tabernæmonta-  
 nus lib. 1. Sect: 1. cap. 1. Sal Absinthii contra Pestem usur-  
 patur. 16. Heurnius etiam lib. de Peste cap. 10. Salem  
 Absinthicum Aqua Carduib: in hac lue propinat. 17. Pe-  
 trus Monavius in Epist: medic: 225. Salem Absinthii i-  
 pse etiam Crato commendat, magnam hanc dubiè vim ha-  
 bet ad omnis generis putredinem ac corruptionem. Idem  
 in Epist: 241. D. Hermanus in Peste plurimum defert Sa-  
 li Absinthii cum Theriaca permixto, quod putredini poten-  
 ter resistat, & naturales suas facultates adstrictione ro-  
 boret, & tamen insigniter penetret, ac sudores moveat.  
 18. Goelenius quoq; in suâ Loimographia admodum  
 hunc Salem commendat. 19. Penottus de medicam:  
 Chym: Sal Absinthii in omnib: ferè morbis utiliter ex-  
 hibetur, præsertim autem in Peste. 20. Lubertus Esthius,  
 de formulis medicament: sect: 5. cap. 8. Salis Absinthii  
 Ædetur ex Vino albo, aquâ Buglossæ diluto in Peste.

21. Iohan. Wittichius in Halilogia sua. *Sal Absinthii præteritâ Peste in Saxonia, quamplurimos à sevâ hâc Lue preservavit & e. dem infectos curavit.* 22. Petrus Sibyllenus in lib. de Peste. *Salis Absinthii ʒj cum Vino aut aquâ Scabiosa infecto detur, ut sudet per 2. horas, & Venenum omne per unguis ac cutim exspirabit.*

2. Sal Angelicæ. 1. Tabernæmontanus Sect. 3. libi. cap. 12. *Sal Angelica pondere ʒj adultioribus cum propriâ Aq. stillat. vel Carduib. vel Scorzonera datur, ad sudorem ciendum, contrâ Pestem, aliâq. venena, remedium est præstantiss.* 2. Kunradus in 2. parte medul. destil. Tract. 7. *Sal Angelica, præclarum est medicamentum ad expellendum venenum & Pestilentiam. Dosis ejus ʒi vel ʒʒ pro ratione atatis, ex Aqua Ruta, Carduib. vel Angelica.* 3. Ioh. Tholdenius sect. 4. Haligraphiæ suæ. *Sal Angelica confert Lui Pestilenti, si ejus ʒʒ cum Aceto Rutaceo, vel Succo Grav. Junip. expresso sumatur.*

3. Sal Pimpinellæ. 1. Thurnheiserus lib. 1. Histor. Plantar. cap. 12. *Sal Pimpinella, corpora ab Aeris Pestiferi contagio efficaciter preservat.* 2. Tholdius Sect. 4. Haligraph. *Sal Pimpinelle intrò sumptum ad-versatur Pestilenti infectioni.* 3. Tabernæmontanus lib. 1. Sect. 3. cap. 23. *Valde hic Sal prodest Peste infectis, si à sumptione eius sudor promoveatur.* 4. Penottus de remed. Chym. *Sal Pimpinella Pestem expellit, vel Pestis tempore sudorem movet.* 5. Kunradus 2. parte medul. destil. Tract. 7. *Sal Pimpinella tempore Pestis, dosi ʒʒ ex liquore convenienti datus sudorem pellit, & venenat e*  
quali-

qualitate resistit. 6. Ioh. Dan. Mylius libro 4. Antidot.  
cap. 21. *E Pimpinella fit Sal ad Hydropem ac Pestem.*

4. Sal Zedocriæ. 1. Tholdenius in Hali-  
graph. sect. 4. *Salis zedoar Gr. 6. sumpta cum Aceto Ru-  
tacco, præservationis gratia resistit omni veneno, ac Pesti-  
lenti aura; utiliter usurpatur ab his qui Ventriculo frigi-  
diori sunt præditi.* 2. Kunradus 2. Part. Medul. destill.  
Tract. 9. *Sal Zedoaris resistit venenis, confortat Cor, &  
præservativum optimum existit tempore Pestis.* 3. Heur-  
nius, in lib. de Peste cap. 10. *Sal Zedoaria veneno Pe-  
stilenti valdè refragatur.*

5. Sal Imperatoriæ. 1. Tabernæmontanus  
lib: 1. Sect. 3. cap. 13. *Salis Imperatoriæ si cum aqua pro-  
pria vel vino sumptus, confert Pestifero veneno.* 2. Kun-  
radus parte 2. medul. destill: Tr. 7. *Sal Imperatoriæ  
quia potenter sudorem movet, idcirco tempore Pestis uti-  
lissimum est, si vel per se in propria Aqua dissolutum vel  
Theriaca permixtum offeratur.* 3. Penottus de Chym.  
medic: *Sal Imperatoriæ valet contra Pestem, movet su-  
dorem &c.*

6. Sal Scabiosæ. 1. Goclenius in Loimo-  
graph. *Primas partes quidam tribuunt (scilicet in Peste)  
Sali Scabiosæ, Ruta & Absinthii.* 2. Tabernæmontan.  
Sect. 15. lib. 1. in fine cap. 14. *Utiliter Sal Scabiosa in Pe-  
ste datur, cum eius propria aquâ.* 3. Thomas Jordanus  
Tract. 3. de Pestis phæmon. *Chymica periti Salem ex  
Scabiosâ parant contra Pestem.*

7. Sal Rutæ. 1. Iulius Palmarius lib: de Febr: Pest. cap. 18. *Sali Ruta magna inest efficacia, Pestilentibus ichoribus per sudorem eliciendis & absorbendis.* 2. Ioh: Poppius lib. 1. de usu medic. Chym. *Tempore Pestis si hujus Salis data cum Aqua Ruta, per sudorem exigit omne venenum.* 3. Goelenius in Loimographia. *Ex Rutâ & aliis conficiuntur Salia, qua Sudori evocando, Bubonum eruptioni promovenda, Pestilentis putredinis seminariis per angusta Cutis spiracula educendis, virusq; quod principem partem obsedit. foras evocando, accommodatissima sunt.*

8. Sal Levistici. 1. Ioh. Poppius loc. cit. *Sal Levistici, tempore constitutionis Pestifera admodum conducit, quia conceptum venenum, vel inspiratione attractum, abigit.* 2. Kunradus 1. Parte Medul. Tract. 7. *Hoc Sal omne Venenum pellit, inprimis autem tempore Pestis usurpatum, quam maxime conducit.* 3. Turnheiferus lib. 1. Hiltor. Plant. cap. 7. *Sal Levistici resistere creditur Pestilentia, intro sumptum.* 4. Penottus de medicam. Chymic. *Sal Levistici in Peste non inutilis est venenum enim acceptum arceat.* 5. Fidejustus Reineccerus in Thef. Chym. lib. 6. *Salem Levistici inter alia ad Pestis preservationem quoq; celebrat.*

9. Sal Artemisæ. 1. Caspar Schwenckfeldt in Catal: Stirp: lib: 1. *Sal Artemisæ sudores elicit, adversus Pestem efficacissimum remedium; multo facto experimento.* 2. Kunradus Parte 1. Tractat. 7.

Medul:

Medul: destill: *Sal Artemisia* expellit venenum adsumptum, eximieq; commendatur contra luem Pestiferam. Debet autem infectus illico hujus Salis capere z cum Aqua Vita, vel vino odorifero, & sudare. 3. Ambrosius Paræus in lib: de Peste. *Sal Artemia* in signo est remedium contra Pestem, quo ego multos curavi. 4. Joh. Wittichius in sua Haligraph. *Sal Artemisia* mirabili facultate preditum est preservandi homines à Peste, & ab eadem quoq; illos curandi, si z cum Ag: Carduib: infecto prebeatur.

10. *Sal Valerianæ*. 1. Tabernæmontanus lib. 1. Sect. 5. in fine Cap. 16. *Sal Valeriana* contra Pestem & omnia Venena valet. 2. Kunradus Tract. 7. Medul: destill. *Sal Valeriana* omne Venenum intrò sumptum expellit, idcirco & confert Pesti, præsertim si mixtum cum Rad: Angel: manè sumatur. Sudorem valde pellit. 3. Michael Robianus, de nat. Simpl. lib. 2. *Sal ex Valeriana rad: & herba paratum*, utiliter contra Pestiferam infectionem sumitur.

11. *Sal Fraxini*. 1. Goclenius in Loimograph: ex Droetto: *Gberurgus* quidam in Anglia Gr. 10. aut 12. *Salis ex Fraxino* dabat, Peste correptis, è conservâ Borrâg: Rosar: aut Aqua Carduib: vel Scabiosa. & statim totum corpus sudore difflebat, aut omninò evictâ morbi malitiâ, aut foràs in emissarium actâ, quem admodum nobis & amicus bonâ fide confirmavit. 2. Jul. Palmarius c. 18. de Febr. Pestil. *Sal Fraxini* efficaciter creditur elicere & absorbere ichores, in quibus Pestilens pernities sedem habet.

3. Heur-

3. Heurnius in lib. de Peste cap. 10. *Sal Fraxini magnam vim proleſtandi Sudoris habet, & veneno peſtilenti refragatur.* 4. Penottus de medic. Chym. *Sal Fraxini cum propria aqua ſumptum, reſiſtit Peſtilenti veneno, à ʒj ad ʒij.* 5. Michael Neander 1. parte Phyſ. de Serpent. *Sal è Fraxino utiliter propinatur Peſte coreptis.* 6. Lubertus Eſthius, ſect. 5. de medicam. cap 8. *Salis Fraxini Gr. 15, in Peſte exhibe, cum conſervâ Borrâg. aut aquâ Carduib. vel Scabioſæ, ſudore enim deſluente, malignitas morbi exhauritur unâ, aut in emunctoria detru- ditur.*

12. Sal, Cryſtalli, ſeu Lapilli Carduibene- dicti. 1. Andreas Libavius Tomo 2. Syntagm. lib. Alchym. Pharmac. c. 22. *Carduibenedicti magna quan- titas contuſa in mortario ligneo vel lapideo, coquatur in magno vaſe aquæ multâ ad medias. Decoctum exprime fortiter. Colaturam coque ad ſpiſſitudinem Mellis liquidi. Hunc ſuccum in vaſe vitreo, loco frigido ſtare ſine per ali- quot dies: Fiunt Lapilli inſtar Salis Gemme. Effuſo li- quore lapilli propriâ aquâ abluntur & ſiccantur. Hi La- pilli ex ſpiritu Carduibenedicti dantur ad Peſtem.* 2. Pal- marius cap. 18. de feb. peſt. *Sali Carduibenedicti inſi- gnis in eſt efficacia reſiſtendo Peſtifero contagio.* 3. loh. Dan. Mylius lib. 4. Antidotar. cap. 21. *Sal Carduib. eſt præſtantiß. remedium in Peſte; ſi eius Grava aliquot in Spiritu Carduib: exhibeantur, ſudores abundè provocat.* 4. Kunradus 2. Parte Medul. deſtill. *Contra Peſtem Sal Carduibened. inſigne eſt experimentum, ʒß pondero in propriâ aquâ vel alio liquore datum.* 5. loh. Begninus cap. 17.



cap. 17. Tyrocinij Chym: *Sal Carduib: sine calcinatione factum, praestantiss: remedium est in Peste, si ejus Gr: aliquot cum Spiritu Carduib: offerantur; sudorem enim abundè provocat.*

## DISTINCTIO IV.

## EXTRACTA.

I. **E**Xtractum Angelicæ. 1. Tabernæmontanus lib: 1. Sect: 3. cap 12. *Extract: Angelicæ ꝯ cum Aqua propria valet in Peste, & contra eam datur.* 2. Quercetanus in Pharmacop: cap. 25. *Extractum Angel: singulare & potentissimum Sudoriferum Bezoardicum, & potissimum insigne est adversus Pestem & omnis generis adfectus contagiosos cum malignâ ac venenatâ qualitate conjunctos.* 3. Turheiferus lib: 7. Histor: Plantar: cap: 6. *Extr: Angel: in sevitâ Pestis populatim grassantis, cum Aceto Sambucino sive Corall: Tincturâ quotidie ter, Gr: 10. sumptum, hominem ab infectione, contagio, & veneno Pestifero tuetur.* 3. Caspar Schvvenckt: lib: 2. Catal: Stirp: *Extractum Angel: adversus Venena mirò pôllet, curat febres pestilentes, & à Peste praeservat longè efficacius, quàm cruda radix.* 4. Joh: Bokelius Parte 1. Cap. 17. sui Tract: de Peste. *Ex Radice Angelica paratur Extractum, cujus singularis efficacia est in resistendo Veneno Pestiferi, si tempore brumali ejus paxillum cum vino, estate verò cum Aquâ Carduib: vel Acetosa sumatur.* 5. Joh: Dan: Mylius lib: 4. Antidotar: sui cap: 3. *Extractum Angelicæ remedium potentiss: est adversus Pestem, & contra omnis generis affectus contagiosos.*

2. *Extractum Zedoariae.* 1. Thomas Iordanus Tract: 3. de Pestis phænom: *Extracto Zedoariae feliciter in preservatione Pestis utimur.* 2. Poppius lib: 1. de usu remed: Chym: *Extracti Zedoar: ꝑ cum vino datus. Venenum Pestis per sudorem expellit, si patiens prius ad sudorem in lecto se composuerit.*

3. *Extractum Aristolochiae.* 1. Joh: Dan: Mylius lib: 4. Antidotar: cap: 3. *Extractum Aristolochiae iisdem intentionibus, quibus Extr: Angelica inseruit. Efficaciter enim omnes corruptiones & putredines corporis aufert & corrigit.*

4. *Extractum Granorum Juniperi.* 1. Quercetanus in Pharmacop: c: ult: *De hoc Extracto exhibe ꝑ vel ꝑ cum Aq: propria destill: & habebis summum sudoriferum Bezoardicum contra omnes Pestes & Venena. Idem eandem efficaciam quoq; eidem Extracto tribuit in Alexicoaco Pestis lib: 2. c: 5.* 2. Weckerus in Antidot: spet: lib: 2. ex Andernaco & Eponymo. *Extractum Juniperi contra omne Venenum & Aerem Pestilentem, singulariter efficax est, ut non immerito Germanorum Theriaca dici possit.* 3. David Herlietius in Tract: de Peste. *Inter Pestis alexipharmaea, non postremum locum obtinet Extractum Granorum Juniperi, quod potenter omni veneno resistit, adeo ut merito Germanorum Theriaca audiat, Usurpatur autem magno cum fructu, imprimis Autumnali ac Brumali tempore.* 4. Joh: Dan: Mylius lib: 4. Antidotarij cap: 3. *Extractum Juniperi excellens est Bezoardicum, adversus Pestem, si ꝑ ꝑ vel ꝑ exhibeantur.*

5. Extractum Carduibenedicti. 1. Quercetanus in Pharmacop: restit. cap: ult: & Mylius lib: 4. Antidot: Medico-Chym: cap: 3. *Extractum Carduibenedicti est sudoriferum. & singulare remedium aduersus Pestem.* 2. Weckerus lib: 2. Antidotar: Spectial: ex Cratone. *Extractum Carduib. praestantissimum est remedium praeservativum in Peste.*

6. Extractum Rutæ, & Petasitidis. De priori, Tabernaemontanus Sect: 4. lib: 1. cap: 31. *Extractum Ruta utiliter sumitur ac usurpatur in Peste.* De posteriori, vide eundem Sect: 9. lib: 2. cap: 27.

7. Extractum Tormentillæ, It: Extr: Mumia. De his Johan: Dan: Mylius, lib: 4. Antidotar: Medico-Chym: cap: 3. *Tormentille Extractum, iisdem intentionibus medenti inservit. quibus Extractum Angelica. Idem ibid: Extractum Mumie, si cum Theriacâ permisceatur, in Peste praestantiss: est remedium, quod satis laudari non potest. A corruptione enim corpora tuncur.*

## DISTINCTIO V.

## SPIRITUS.

I. Spiritus Vitrioli. 1. Mindererus de Peste cap: 17. *præclare in Pestilentibus Febris auxiliantur Oleum seu Spiritus Vitrioli, his enim potens quadam Virtus putredinem emendandi, obstructions referandi, sudores & urinas movendi, venasque pervadendi.* 2. Johann: Mollerus in Tractat: de Peste cap: 5. *Sunt qui Olei Vitrioli*

Ef 2

Chymi-

*Chymicâ arte parati G. 3. vel 4. plus minusvè pro ægri conditione in Aqua Verbena non sine fructu propinant. 3. Wirfungus 8. parte Pract: cap: 12. distinct: 70. Oleum Vitrioli resistit omni putredini in primis verò ejus usus singularis est tempore Pestis. 4. Thomàs Jordanus Tract: 3. de Peltis phænom: Olei Vitrioli usum convenientissimum in Peste judico, quia a core suo coerces putredinis grassationem, & frigore suo fervorem exstinguit. 5. Joh. Poppius in Enchirid: experim: Spiritus Vitrioli frequenter usurpatus tempore Pestis admodum proficuus est, & pro insigni Preservativo habetur. 6. Duncanus Bournettus in Jatrochym: suâ. Spiritus Vitrioli est diaphoreticum præstantiss: omne enim venenum à Corde ad exteriores partes expellit. 7. Angelus Sala in Anatom: Vitri: Spiritus Vitrioli, Peste infecto, Gutta aliquot cum ʒj. Aquæ Viæ opt: ad sudorem provocandum, bis vel ter, prout necessitas requirit, dentur. 8. Evangelista Quatrammus in Tract: de Peste cap: 4. Spiritus Vitrioli validissimè penetrat, acidus est, frigidus ac siccus, & idcirco putredini oppositus in Febris Pestilentibus. 9. Matthiæolus comm: in lib: 5. Diosc: cap: 74. Oleum Vitrioli nullo sanè incommodo in Peste datur. 10. Amatus Lusitan: comm: in Diosc: Olei Vitrioli una vel altera gutta in aquis Cordialibus mersa, multum contra Pestilentis febres valet. 11. Idem Centur: 3. Curat: 74. exhibet Oleum Vitrioli ex Aqua Ros: vel acet: in curatione malignarum seu pestilentium febrium. 12. Gesnerus in Epist: 2. Medic: Oleum Vitrioli sumitur Pestis tempore in cerevisiâ, vino, aquâ, aut carnis brodio manè, sic enim præservat ab*

vat ab

vat ab Aurá venenatâ 13. Eponymus in Parte 2. sui  
 Thefauri: Vitrioli liquor utilis est in Peste cum aqua Ace-  
 tosa, adjectâ 3ß specierum Diamarg: frig: 14. Heurnius  
 lib: 1. meth: med: Oleum Vitrioli aliis convenientibus  
 liquoribus permixtum, ad guttulas nimirum paucas, Pesti-  
 feris febribus dulce præsidium est. 15. Fumanellus de  
 compos: medic: cap: 75. Oleum Vitrioli in Peste singu-  
 lariter prodest. Sumitur autem quantitas modica, ut G.  
 10. plus minusvè. 16. Bokelius 1. Parte Regim: sui c. 20.  
 Spiritus Vitrioli insigniter confert febribus Pestilentibus.  
 17. Crato in Epist: med: 135. Oleum Vitrioli solâ suâ vi  
 exsiccandi ac dissipandi, ita auxilium fert in Peste, ut ma-  
 lum à natura superari possit. 18. Joh: Matthæus in dis-  
 cursu de Febr: Pestil: jubet, quotidie G. 6. vel 7. Spiritus  
 Vitrioli cum ʒij Ag: Carduib: Peste infectis pro cura dari.  
 19. Augenius Tomo 1. Lib: 6. Epist: 8. Olei seu Spiritus  
 Vitrioli usus ad multa utilis est, præcipue vero eo in Peste  
 utimur. 20. Crollius in Basil: Chym: Oleum Vitrioli  
 in Peste miscetur cum Sacharo candi, & Electuario Juni-  
 perino, & sic etiam loco Prophylactici sanitatis utimur.  
 21. Renodæus lib: 4. Antidotar: Sect: 5. cap: 8. Ol: seu  
 Spiritus Vitrioli, aciditate putredinem arcet, viscera recre-  
 at, atq; Pesti aliisq; morbis confert. 22. Goelenius in  
 Loimograph: Spiritus Vitrioli peculiare est prophyla-  
 cticum tempore Pestis, & in curatione quoq; aliis non ce-  
 dit. tempestive exhibitus, putredinem enim arcet Pestis,  
 & refrigerium insigne est, quod inexpertis videbitur ab-  
 surdum. 23. David Herlitius in Regim: Pestil: Oleum  
 seu Spiritus Vitrioli excellens præservativum habetur

contra Pestem, si vel aliis alexiteriis permisceatur, vel por-  
 se, ejus G. 4. cum Vino jejunc sumantur. 24. Augenius  
 lib. 3. de Peste cap: 17. Oleum seu Spiritus Vitrioli in a-  
 liis generibus Pestis, Ephemera excepta, mirabilis est. Et  
 quando opus, preservare corpora pituitosa, vel alius hu-  
 moribus vitiosis repleta, melius remedium non invenietur,  
 gratis: enim est gustui Et ad internam inflammationem,  
 appetitum excitat, ventriculum roborat, corpusq; ab omni  
 corruptione liberat: infantibus exhibentur G. 2. vel 3, adul-  
 tioribus vero à G. 5. ad 8. Syr. de Citro. In temperamentis  
 calidis adhibeo ad G. 8. In corporib; humidis, bis in septima-  
 na datur horis 4. vel 5. ante prandium. Ausim igitur dicere,  
 ad Febrem Pestiferam sanandam, Spiritum hunc seu Ole-  
 um, esse medicinam, qua non habeat parem. 25. Andreas  
 Starekius in Regim: de Peste. Spiritus Vitrioli intro-  
 sumptus, non contemnendus auxilium cum pro preserva-  
 tione, tum curatione Pestis adfert. 26. Daniel Sen-  
 nertus in fine cap. 2. lib. 5. Epitom: Phyl: Spiritus Vi-  
 trioli insignem siccandi, Et putredinem sistendi vim habet,  
 unde ad Febres putridas ac Pestilentis utiliter adhibetur.  
 27. Quercetanus lib: 2. Alexic: cap: 3. Nullum aliud  
 promptius aut presentius est remedium ad ardores febris  
 internos extinguendos, Et omnia Venena ac corruptiones  
 etiam in Peste exterminandas prorsus, Spiritu Vitrioli.  
 28. Antonius Portus lib. 2. de Peste cap: 45. Olea,  
 qua mirifice in Peste probantur, sunt Oleum Vitrioli Et  
 Sulphuris. 30. Johan: Neander in suo regim. Pestil.  
 Spiritus Vitrioli insigniter confert Pestilentibus febribus.  
 30. Ioh: Bapt: Befardus in Antro Philol: etiam.

Oleum

*Oleum Vitrioli in Peste commendat.* 31. Fideiustus Reineccerus in Thef. Chymic; lib: 6. *Oleum Vitriolicum Aqua Carduib; sed: pro praeservatione Pestis praescribit.*

2. Spiritus Sulphuris. 1. Renodæus lib: 4. Antidot: Sect: 5. cap: 9. *Oleum (seu Spiritus) Sulphuris acidum, Pestilentia non parum confert.* 2. Weckerus lib: 2. Antidotar. Spet. ex Eudonymi Thef. parte 2. *Oleum Sulphuris datur in Peste, cum vino decoctionis Raphani, cui admixtum sit parum Iberiaca vel Mithridatij.* 3. Evangelista Quatrammus in Tract: de Peste cap: ult: *Quibus in promptu est Oleum Sulphuris vel Vitrioli, ij nonnunquam matutino tempore, ejus G. 3. vel 4. vino aut jusculo, aut aque Borrag: permixtas, pro praeservatione Pestis ebibant.* 4. Augenius lib: 3. de Peste cap: 17. *Oleum Sulphuris etiam commendat ad Pestem; dicens, dari debere vel cum Eccelegmate aliquo, vel cum jusculo carnis ad Guttas 6: horis matutinis ante prandium.* 5. Mizaldus in adpend. Centur: *Oleum seu Spir. Sulphuris ad Pestem est remedium presentiss.* Nam si ejus sumantur G 5. vel 7. cum aqua Nucum aut Tormentil. & eger operiatur, ut suare possit, altero die vis veneni absumpta erit, & ille liberabitur. 6. Joh. Poppius in Enchirid: Experim: *Spiritus Sulphuris acidus Pestilenti sui potenter resistit.* 7. Idem, libro 1. de usu medicamentor: Chymicor: *Spiritus Sulphuris Guttula 8. cum Aqua Urtica sumpta,*

*Virus*

*Virus Pestiferum per sudorem expellunt, & maligna aeris infectioni adversantur. 8. Antonius Portus lib. 2. de Peste cap. 45. Olea qua mirificè probantur in Peste sunt Ol: Sulph: &c. 9. Penottus de medicam: Chym: Ol: seu Spiritus Sulphuris proficue in Peste usurpatur cum Ag: Carduib:*

3. Spiritus Tartari. 1. Crollius in Basil. Chym: *Fætor ille Spiritus Tartari, ab eo in totum non est auferendus nec formidandus, cum habeat Signaturam fætorum quando videlicet in Peste, vel alius morbis venenatis exhibitus magno iuvamine profluentes fetidos sudores è corpore copiose expellit. 2. Joh. Poppius lib. 1. de præpar: & usu remed: Chym: Spiritus Tartari curat Pestem & Antbracem, resistens omni putredini, eamq; expellens.*

4. Spiritus Terræ Sigillatæ. 1. Poppius lib. 2. de præp: medic: Chym: *Spiritus hic præstantiss: medicamentum est, adversus venena quavis, si hujus 3ij pro do: si sumantur: Usurpari etiam potest contra Pestiferam lucem. Idem lib. 1. de usu medic: Chym: Spiritus Terræ Sigill: 3i cum Aquâ Carduib: datus, confert Pestilentie.*

## DISTINCTIO VI.

### TINCTURÆ ET BALSAMI.

1. **T**inctura seu Essentia Auri. *Hac enim commendatur à Quereetano contra Pestem teste Libavio, in Parte 1. Apocal. Hermet. c. 19. 2. Scheunemanus in Paracelsia Pestis c. 6.*

*Nobiliss*



*Nobilius preservativum Pestis, Auri Essentia nos reperiri nec dari potest. 3. Iobus Fincelius de curati Pestis. Extra controversiam Tincturam Auri in Peste, omniumq; febrium Pestilentium curâ, primas tenere. Qui hanc habet, eâ utatur, sumendo G. 3. quotidie bis vel ter cum Aqua Buglossa.*

2. Tinctura Mumia. 1. Ioh: Dan: Mylius lib: 7. Basil: Chym: cap. 3. *Tinctura Mumia in Peste, præstantiss: est medicamentum, quod satis laudari nequit.*

2. Quercetanus Parte 3. de præparat: medicam: Spagy: cap. 1. *Essentia seu Tinctura Mumia, summo perè conducit ad curationem omnium venenorum per se; aut si cum Theriacâ permisceatur, in Peste præstantiss: est remedium. 3. Crollius. Sola Mumia remedium præstantiss: adfert contra omnis generis venena.*

3. Tinctura, Balsamus, seu Rubinus Sulphuris. 1. Libavius Tomo 2. Syntagm: Alchym: Pharmaceut: cap. 25. *Rubinus Sulphuris, utilis: medicamentum est, præsertim in Peste. 2. Andreas Starckius in Regim: suo de Peste. Balsamus seu Tinctura Sulphuris, utile est preservativum et Curativum Pestis, si vel inrò Gutta ejus aliquot cum Vino vel Syr: Acetos: Cistri sumantur; vel Bubones Pestiferi eo extrâ illinantur. 3. Ioh: Poppius lib. 1. de usu medicam: Chymic: Balsami Sulphuris ʒj cum Aqua Theriacal: ʒj exhibetur pro curâ Pestis. 4. Ioh: Dan: Mylius lib. 5. Basil: Chym. c. 3. Et Lib 4. Antidotar: Medico Chym: cap. 3. ex Duncano Bornetto: Tinctura, Balsamum seu Oleum Sulphuris cu-*

rat Pestem ac febrem Pestilentem cum aqua Pimpinell:  
 Item cum Vino Raphani decocti, cui admixtum sit parum  
 Theriaca aut Mitbridatij. 5. Weckerus lib:5. de Se-  
 cret: Tabellas ex Tinctura Sulphuris cum Saccharo in aq:  
 Theriacali dissol: quam plurimos à Peste servasse cognovi.  
 6. Bruxius in libel: de Balt: distinct 25. Bals: Sulph: mi-  
 xtum cum Balsamo Campb: datur intrò contra Pestem.

4. Balsamus Angelicæ. 1. Kunradus 2. par-  
 te Medul: destill: Tract: 8. Balsamus Angelica singu-  
 lari virtute pradius est expellendi venenum Pestilens, id-  
 circò ejus usus est, cum in preservatione, tum curatione bu-  
 jus pernicioisæ Luis. 2. Poppius lib:1. de usu medic:  
 Chym: Balsamus Angel: tempore Pestis odoratus, con-  
 tagem Pestilentem mirificè amolitur, nec Venenum ad Cor  
 penetrare permittit.

5. Balsamus Citri. 1. Kunradus parte 2. Me-  
 dul: destill: Tract: 28. Hic Balsamus confortat Cor & o-  
 mnes Vitales Spiritus, & hominem egregiè à Pestifera in-  
 fectione præservat. 2. Poppius lib:1. de medic: Spag:  
 præpar: Balsamus Citri Aeris pestifera infectioni resistit.

6. Balsamus Succini. 1. Poppius loco cit:  
 Balsamus Succini admodum hominem à Pestilenti infe-  
 ctione præservat. 2. Penottus. Balsamus Succini, na-  
 ribus illitus, Pesti efficaciter resistit. 3. Kunrad. Tract 28.  
 Medul: dest: Admodum hic Balsamus conducit tempore  
 Pestis, præsertim si ei addatur Balsamus Caryophyllorum.

7. Balsamus Rutæ. Bruxius in libello de  
 Balsamis, cap: 19. Balsamus Ruta intrò sumptus manè, re-  
 sistit aeri Pestilenti, ut & extrà nariù foraminibus illitus.

8. Bal-

8. Balsamus Zedoariae. 1. Poppius lib: 1.  
de præparat: Chymic: remed: Balsamum Zedoaria  
naribus illitum, Pestem arceat, & ab ejus infectione homi-  
nem præservat Pulsibz inunctum. 2. Joh Sebaldu in  
Tract: de Peste. Balsami Zedoaria magna est vis resi-  
stendi contagiosa infectioni.

## DISTINCTIO VII.

## MAGISTERIA ET FLORES.

1. **M**agisterium Rubini. 1. Querceta:  
nus in Pharmacop: restitit cap: ult: Ma-  
gisterium Rubini Pesti ac Venenis, omnibusq;  
corporis internis corruptionibus resistit. 2. Turnheise-  
rus in Pharm: itin: Magisterium quod ex Rubino para-  
tur, Pestifera corruptioni adversari creditur.

2. Magisterium Perlarum. Uniones enim:  
teste Fernelio, lib 5. meth: med: cap. 21. & Ansh. Boe-  
tio lib. 2. de Gemmis cap. 38. Cor proprietate roborant,  
ac putredini, Pesti, aliisq; Venenis adversantur.

3. Magisterium Cornu Cervini. 1. Ru-  
landus de feb: Ungar: Magisterium Cornu cervini po-  
tentissimè obluatur pestilenti aura, Cor roborando,  
& ab omni corruptione partes internas conservando.  
2. Libavius in Alchymia Pharmacop: Ex Cornu  
Cervino, Magisterium nonnulli parant efficacissimum,  
resistendi Pestilenti contagio, & Cor ab ejus insultu  
muniendo.

4. Flores Sulphuris. 1. Beguinus in Tyrocin: Chym: cap. 18. Flores Sulphuris valde resistunt putredini, & propterea in Peste, tam præservationis quam curationis gratiâ, vel in Aqua Carduib: aut Melissa ad ʒj utiliter usurpantur. 2. Balduinus Ronseus in Epist: medic: 28. Floribus Sulphuris ad propulsandam curandamq; Epidemicam Luem, non sine optimo successu utimur. 3. Poppius lib. i. de præpar: & usu medicam: Chym: Flores Sulphuris in Peste adbibentur tam præservationis, quam curationis gratiâ non sine insigni iuramento. 4. Crollius in Basil: Chym: Flores Sulph: summum sunt curativum ac præservativum in Peste, resistunt enim impressioni, & præservant à putredine. Cum Extracto Enula campanæ ad miraculum operantur tempore infectionis. Dosis ʒj in Aqua Carduib: vel Ibericâ. 5. Idem testantur Joh: Dan: Mylius lib. 5. Basil: Chym: cap. 3. & Libavius in Syntag: lib: 7. cap: 32. It: lib: 6. cap: 24. 6. Severinus in Idea cap. 15. Flores Sulph: impuritates Febriles, ac Pestilentes tuò ac subito auferre possunt. 7. Commendat etiam usum: Florum Sulphuris in Peste Johan: Rhenanus in suo Antidotar, Pestilent.

5. Flores Albi Antimonij fixi. 1. Johan: Rhenanus in suo Antidotar: Pestil: Ego flores Antimonij fixos diaphoreticos excellentes semper inveni in provocando sudore apud eos, qui Lue Pestiferâ infecti fuerunt. 2. Quercetanus in Tetrade cap. 31. Antimonium Diaphoreticum exhibitum, Pestilentibus omnibus adfectibus summo operè conducit. 3. Libavius Tomo 1. Syntagm  
lib. ,

lib. 5. cap. 11. ad sudandum, horum Florum Gr. 10 vel 12. prabet, quos dicit in Peste multum prodesse. 4. Idem Tomo 2. Part. 1. Apocalypf. Hermet. cap. 13. *Ufus Florum Antimon. diaphoret. est in Febris intermittentibus, cachexia, ac Peste.* 5. Ioh. Poppius lib. de usu remed: Chymic: *Antimon: fixum est medicamentum egregium contra venena, idcirco & in Peste usus ejus valde utilis, si Gr. 12. dentur cum Aquâ Carduib. & inde sudori operatur, virus enim Pestilentiale profligat atq; expellit, & Communis ab ejus invasione.* 6. Goelenius in Loimograph: *circa finem. Quidam contra Pestiferam Luem, in secretis habent Antimonium diaphoreticum, & rectè quidem & c.* 7. Crollius in Basil: Chym: *Dantur Flores ejusmodi Antimon: diaphoretici ad Gr. 8. cum convenienti liquore, in Peste, Scabie & c.* 8. Angelus Sala lib. 2. Anatomiz Antimonij Sect: 3. *Antimonium Diaphoreticum præcipue confert sanandis Febris Pestilentialibus, malignis, calidis, continuis ac putridis & c.*

### 6. Bezoardicum Minerale Diaphoreticum.

Quercetanus in Pharmacop: Dogmat. cap. 23. *Est hoc summum Alexiterium, summumq; saluberrimum Bezoardicum, quod tantum sudores provocando, effectus demonstrat suspiciendos in omnibus Pestilentibus ac Venenatis adfectionibus.*

### 7. Præcipitatus Auri Diaphoreticus. Ioh.

Dan. Mylius lib. 1. Basil. Chym: *Hic Præcipitatus in Peste datur cum Aceto rosaceo dosi Granorum 6. sudorem movet.*

8. Mercurius Veneris Diaphoreticus.  
 1. Beguinus in Tyrocin: lib. 2. cap. 13. *Est praestantiss:  
 remedium diaphoreticum contra Pestem, si intra 12. horas  
 à veneno hausto sumatur, à morte praeservat, dosi G. 2. cum  
 Theriacà.* 2. Idem confirmant etiam Libavius Tomo 2.  
 Arcan. Chymic: & Scheunemanus in Paracelsia de  
 Peste; ac Mylius lib: 3. Basil. Chym. parte 3. cap. 4.

## SECTIO III.

Exhibens COMPOSITA quaedam Galenica,  
 Officinis usualia

### I. SYRUP I.

1. **S**yrupus Acetositis Citri. 1. Ama-  
 tus Lusitanus Cent. 3. Cur. 74. *Syr. Acetos:  
 Citri inter Syrupos ad Pestem praerogativam  
 habet.* 2. Alexius Pedemontanus. *Succus Acetos:  
 Citri remedium est tam ad praeservandum, quam ad Pe-  
 stem depellendam.* 3. Ioh. Agric. de Peste. *Syr. Acetos:  
 Citri valet ad morbos Pestilentes, & eos, qui veneni sa-  
 piunt naturam.* 4. Weckerus lib. 2. Antid. ex Me-  
 dic. *Syr. Acetos: Citri ad omnes valet agritudines bi-  
 liosas & Pestilentes.* 5. Valei. Cordus in Dispens.  
*Hic Syrupus aestum & fervorem febrium ardentium ac  
 Pestilentium mitigat ac putredini resistit.* 6. Gualthe-  
 rus Ryffius parte 3. Pharmacop. suae. *Syr. Citri pecu-  
 liari instructus est facultate, resistendi omnibus venenis,*  
 quapro-

quapropter ejus quoque usus singularis est in Peste, resistit enim potenter Venenis ac putredini, Stomachumque confortat. 7. Georg. Melichius in Dispens: Syr: Acetos. Cetri Februm Pestilentium ardorem flammeum exstinguit. 8. Hollerius quoque de Peste hujus Syrupi usum pro preservatione commendat.

2. Syrupus de Limonibus. 1. Mizaldus in Horto Med. Ex Succo Limon: Syrupus conficitur ad Pestilentes Febres, Et eas, qua contagione serpunt mirè efficax. 2. Renodæus lib. 1: Sect. 1. cap. 25. Syr. Limonum, Febris continuis, Pestilentibus ac contagiosis confert. 3. Fernel: lib. 7. meth: med: Syr. Limon. ardentium Februm putredinem pestilentiumque, malignitatem cohibet. 4. Melichius in Dispens. Syr. de Limonibus potenter exstinguit astum bilis, februmque Pestilentium ac contagiosarum, facultate qua pollet, refrigerandi. 5. Pisanellus lib. de Escul. facult. Syrupus è succo Limonum, febres Pestilentes sanat.

3. Syrupus de succo Acetosæ. 1. Joh. Dan: Mylius lib. 6. Basil. Chym. cap. 3. Syrupus Acetosus resistit putredini corrigit humorum malitiam, idcirco in Febris Pestilentibus juvat. 2. Renodæus lib. 1. Sect. 1. cap. 19. ex Mesue. Syr. ex succo Acetosæ febris Pestilentibus saluber est, Cordis ac Ventriculi calorem flammeum exstinguit. 3. Gualth. Ryff parte 3. suæ Pharmac. Syr: Acetosus, pro eximio habetur remedio ad Pestilentes febres, exstinguit enim calorem praternaturalem, Epatis aliorumque viscerum. 4. Cordus in Disp: idem testatur.

4. Syrupus de Succo Scordij. Quereetanus in Pharmacop. & Mylius lib: 4. Antidot: cap. 4. Syr: è Scordio est Cordialis, & succurrit Pestilentibus adfectibus, lipothymis, & omnis generis venenis.

5. Syrupus è Scabiosa. Tabernæmontanus Sect: 5. lib: 1. cap. 14. Hic Syrupus, tempore Pestis utiliter usurpatur, præservat etiam ab omni interna putredine.

## II. PILLULÆ.

Pillulæ Ruffi seu Pestilentiales. 1. Ioubertus cap: 17. lib: de Peste. Pillularum Ruffi usus frequentior commendatur unice ab omnibus in præservatione Pestis, quod sensim corpus à superfluis exonerent, & a putredine tutius reddant. 2. Cordus in Dispensat: Hæ Pillule utiles sunt, adversus Pestilentis Luis contagia populariter grassantia, humores enim ventriculo infarctos educunt. 3. Palmarius lib: de Febr: Pest: cap: 12. Pillule Ruffi in Peste eximie conferunt, quibus corpus crudis humoribus refertum est, quoquo modo usurpentur. 4. Valeriola in adpend: loc: comm: cap: 2. Ego confectio- nem hanc Pillularum Ruffi, cæteris cunctis, in præservandis à lue Pestilenti, corporibus, præferri debere judico. 5. Renodæus lib. Antid- Sect: 4. cap. 2. Pillula hæ dicuntur Pestilentiales, eò quod Pesti conveniant, sed potius ar- cende ac præcavende, quàm curande. 6. Wirsungus Pract. suæ parte 6. cap. 15. distinct. 12. Inter omnes præservatorias medicinas, Palma merito hæc Pillulis danda, de quibus multi præclari Medici tradunt, neminem qui  
hiscè



bis, rectè usus fuerit, Peste correptam esse. 7. Augenius lib: 3. de Peste cap. 16. *Pillula Ruffi* crebro usu coctionem juvant, cibos corrumpi non sinunt, corpus à putredine vindicant, & adversus Pestiferæ Luis contagia mirifice prosunt. 8. Fernelius lib: 7. meth: med: *Pillula Ruffi* corpus & humores à putredine vindicant, quâ ratione adversus Pestiferæ Luis contagia mirifice prosunt. 9. Paræus lib: de Peste cap. 25. *Pillule Ruffi* utiliter in Peste pre evacuatione dantur inbecillioribus. 10. Petrus de Stille in manuali Chæurg: Parte. 1. Tract: 12. cap. 2. *Pillula hæ* singularem & occultam vim habent, præservandi omnes homines à Peste, quemadmodum experientiâ id cognitum habeo. paucos nimirum tempore Pestis infectos fuisse, qui his *Pillulis* maturè usi fuerint. 11. Andreas Lagnerus in Promptuar: *Pillule hæ* omnibus conducunt, sive juvenes sint sive senes, nec mortuus est Peste aliquis, qui iis decenter usus fuerit. 12. Petrus Sibyllenus in lib. de Peste. *Pillule Ruffi* corpora ab infectione Pestiferâ certò præservant.

## III. ACETA.

1. Acetum Rutaceum. 1. Tabernæmont: Sect: 4 lib: 1. cap 31. *Acetum Rutac:* tempore Pestis utiliter in cibis sumitur, quia præservat hominem à Pestiferâ infectione. Eo etiam labra, nares, ac tempora humectentur. 2. Joh: Poppius lib: 1. de usu remed: Chæmic: *Acetum Rutac:* inspersum lateri candenti, ita ut fumum excitet, prodest contra omnem malignam infectionem aeris tempore Pestilentis. 3. Idem in Enchir: Experim:

*Acetum Rutac: praeceteris magnarum virium est, resistendi Pestilenti veneno, manè & vesperi potum.*

2. *Acetum Galegæ. 1. Tabernæmont: cap: 34. lib. 1. Sect. 4. Tempore grassantis Pestilentia Aceti Galegæ maximus est usus in cibis, tam pro sanis, quam agris parandis. Præservat igitur à Peste, eamq; abigit.*

3. *Acetum Florum Tunicarum: Augeni-  
nius lib: 3. de Peste cap. 10. Ex Floribus rubris Tunica-  
rum fit Acetum præstantiss; per infusionem ad Solem, quo  
si manè ante exitum è domo, manus, pulsus, nares, laven-  
tur, & frequenter naribus ad odorandum admoveatur,  
hominem sanum tempore Pestis conseruat.*

#### IV. CONDITA.

1. *Rad: Pimpinèl: condit: 1. Wirfungus  
Pract: parte 8. cap. 4. dist: 5. Radix Pimpinèl: condita,  
in ore detenta & masticata, præservat ab aeris infectione.*  
2. *Tabernæmont: lib: 1. Sect: 3. cap. 23. Radicis hujus  
Condit: 3ß sumpta, potenter resistit Aeri infecto, & præ-  
servat hominem à Pestilenti contagione.* 3. *Ryffius par-  
te 2. Pharmac: Portio rad: Pimpin: cond: manè masti-  
cata & deglutita, omne contagium malignum arceat.*  
4. *Joh: Kentmanus in suo de Pestis Regno: Radix  
Pimpinèl: condit: confortat Cor, expellit per sudorem omnes  
malignos ichores ac virus pestiferum, instaurat calorem  
insutum, purificat sanguinem, & præservat hominem ab  
omnibus Febribus putridis.*

2. Radix

2. Radix Angelicæ condit: 1. Tabernæ-  
 montanus Sect: 3. lib: 1. cap. 12. *Hujus radicis condit: si  
 pauxillum quotidie manè sumatur, egregie hominem cu-  
 stodit à Peste.* 2. Mylius cap. 16. lib: 4. Antidotar: Ra-  
 dix Angel: condita ad Pestem excellens præservativum est.

3. Radix Enulæ condit: 1. Augenius lib: 3.  
 de Peste c. 19. *Radix Helenij condit: bona est antè pran-  
 dium tempore Pestis, si super biberis ʒj Aceti mulsi.* 2. Re-  
 nodæus Antid: lib: 1. Sect: 7. cap. 14. *Radix Elenij con-  
 dita adversus venena prodest, & morbos Pestilentes ve-  
 nenosq.* 3. Palmarius lib: de Febr: Pestil: cap: 18.  
*Radix Helenii Sacharo condiri solet, quâ ali j utuntur Pe-  
 stilenti constitutione ad arcenda veneni grassantis conta-  
 gia, felici successu.*

4. Cort: Citri & Limon: condit: 1. Anto-  
 nius Portus lib: 2. de Peste cap. 44. *Sunt nonnulla Con-  
 dita, quæ præter id, quòd gustui gratissima sunt, non modi-  
 cum pro Præcautione à Peste prodesse possunt, inter qua  
 Cortex Citri, Limonum & Arantiorum mirifice commen-  
 dantur.* 2. Georgius Melichius in Dispens: distinct: 7.  
*Limones conditi Cordi sunt amici, & tempore Pestilenti à  
 contagio & infectione præservant.*

5. Ribes ac Berber: condit: 1. Johan: Boke-  
 lius lib: de Peste. *Conditum Ribium est singularis effica-  
 cia, ut & Berberum restaurandi Cor & Spiritus vitales,  
 nec non tempore Pestilentis constitutionis præservandi à  
 retro contagio.* 2. Palmarius cap: 18. de Febr: Pest: Ri-  
 bium conditum, *Februm Pestilentium ardores mirè de-  
 mulcet restringit, exhilarat Cor, ac adversatur putredini.*

## V. CONSERVÆ.

1. Conserva Scordij. 1. Johan: Bokelius 1. Parte Regim: sui cap: 17. *Singularis Virtus Conservæ Scordij inest resistendi Veneno Pestilenti.* 2. Gualtherus Ryffius, parte 2. Pharmacop: *Consf. Scordij tuetur cor à Peste.*

2. Conserva Anthos. 1. Ryffius loco cit: *Conserva Florum Anthos, arcet à Corde omne venenum ne ei noceat.* 2. Matthiolus communia Diosc: *Conserva Anthos, valet ad arcenda Pestis contagia.* 3. Palmarius lib: de febr: Pest: cap: 18. *Flores Rosmar: conditi, Aura venenata ac pestilentis injuriam à Corde repellunt.*

3. Conserva Rutæ Caprariæ. 1. Tabernemont: Sect. 4. cap: 34. lib. 1. *Hæc Conserva est nobile præservativum contra Pestilentem contagionem. Potest etiam dari infantibus, quia non est abominandi gustus.* 3. Sebaldus in Tract. de Peste parte 2. *Conserva Ruta Capraria in signe juramentum adfert in præservando corpore à Pests.*

4. Conserva Acetosæ. 1. Johan. Bokelius parte 1. cap. 17. sui magni Regim: *Præ aliis omnibus conservis Pesti resistentibus, laudem meretur singularem Conservæ trifol: Acetos: ut & Consf: fol: Acetosæ, si quotidie manè aliquid de eâ, ad magnitudinem Castaneæ sumatur.* 2. Heurnius in meth. med. *Conserva Acetosæ, alexiteriâ vi prædita est, Communendi à contagiosa Pests infectione.*

5. Conserva Levistici. Tabernamontanus Sect: 3. cap. 3. lib. 1. *Conserva Levistici contra Pestem ac Venena sumpta valet.*

6. Conserva Borrage ac Buglossæ. 1. Bockelius cap. 17. part: 1. Regim: de Peste. *Haec duo Conserva confortant Cor singulariter tempore saviensis Luis, ac refrigerant.* 2. Wirsungus Pract: suæ parte 8. c: 4. distinct: 8. *Cons: Borrage & Bugl: profunt in omnibus Pestilentibus febribus, confortando Cor, Spiritusq; vitales, & omnibus venenis resistendo.*

## VI. OLEA.

Oleum Scorpionum. 1. Alex: Massaria lib: 2. de Peste. *Quidam mirum in modum celebrant Ol: ex Scorpionibus, quo inunctis pulsantibus temporum, manuum, ac pedum Arteris, imprimis verò regione Cordis, non modo Peste adfectos juvari, sed & sanos preservari ajunt.* 2. Palmari: cap. 18. *Ol: Scorpionum Arteris illicum, & vicino Buboni loco inunctum, presentem opem adferre traditur.* 3. Rulandus de morbo Ungar: c: 8. quæst: 78. *Ol: Scorp: illitum regioni Cordis & carpo usque, præcavere corpus ab ingruente Peste est. cortis: 4. Rudius lib: 3. Pract: cap. 30. Inter ea, quæ extrinsecus adhibentur in febribus Pestil: præcipuum locum tenet inunctio cum Ol: Scorp: cujus usus in ejusmodi Febribus plurimum valet, si præcipue Cordis & Arteriarum exteriores loci inungantur.* 5. Cordus in Dispens: *Commendatur à Manardo hoc Oleum in contagione Pestiferâ, & in*

Hb 3

illis,

illis, qui Venena bibèrunt. 6. Petrus Salius in lib: de Febr: Pesti: cap: 23. Ol: Scorp: & in Veneno adsumptio & in Pestilentibus adfectibus admirabiles edit effectus, semimortuos patientes reviviscere faciens si eo solo Cordis regio, & Arteriarum loci inungantur. 7. Bernh. Cronenburgius de Peste. Quidam tradunt Ol: Scorp: temporibus ac naribus illitum, in Peste preservare. 8. Droctus in Consil: de Peste. Neoterici experimentum Olei Scorp: ad Pestem tam felici successu transulèrunt, ut solà inunctione illius, Pestiferi aeris malignitatem antevèterint. 9. Manardus, referente Libavio in Alhcyim: & Haromac: cap: 17. recitat Exemplum ejus, qui solius bujus Olei, quo & famulum inunxit, fiducià, sevis: Pestem contempserit. 10. Matthiolus comm: in lib: 2. Diosc: cap: 11. Ego (ait) usu exploratum habeo, Oleum hoc per me factum, Cordi dumtaxat, & pulsantibus temporum Arteriis, ut & manuum ac pedum illitum, ab omnibus liberare venenis. Præstat item maximè hoc Oleum cum in homines Pestilentia sevit, quippè quod non modo Peste infectos juvat, sed & sanat. 11. Goclenius in Loimograph: eandem efficaciam huic Oleo adscribit. 12. Vidus Vidius lib: 6. de Febr: cap: 5. Inter ea, quæ prævitati Putredinis totà substantià, in febribus Pestil: resistunt, valet Oleum Scorp: 13. Heurnius de Peste cap: 10. In Peste, Oleo Scorp: illinantur pulsus & regio Cordis. 14. Amatus Lusit: com: in Diosc: lib: 2. Oleum Scorp: valet, inunctà Cordis regione & pulsantibus Arteriis in Peste. 15. Adolphus Occo in Tract: de Peste. Ol: Scorp: Pesti adeò resistit, ut ejus solo usu quemdam cum famulo à Pestis infectione serva.

servatum, Manardus scribit. 16. Paræus lib: de Peste cap. 25. Sunt, qui in Peste, Olei Scorp: parvam quantitatem cum Vino albo exhibent, ad vomitu exhauriendum venenum, quo eodem & Cordis regionem ac tempora, pulsusq; illinunt. 17. Hølleri in lib: de Peste. In Oleo Scorp: magna vis est ad præservandam Pestem, nam si quis Arterias pulsantes eo illinat, magnum auxilium sentiet. 18. Sylvius in schol: Antidotar: Mesue. Paratur nunc Ol: Scorp: mirandarum virium contra Venena omnia, & Pestem &c.

## VII. ELECTUARIA.

1. Theriaca. 1. Ejus Virtutes contra Venena ac Pestem, celebrant Galeus, lib: de Ther: ad Pisonem, cap: 16. Aetius, Tetrabl: 4. Serm: 1. cap: 96. Aegineta lib: 2. cap: 36. Myrepsus, Sect: 22 cap: 5. 2. Rudijs libro 3. Pract: cap: 30. Theriaca usus in Germania, apud omnes ferè Medicos in maligna Pestiferisq; febribus communis valde est &c. 3. Johan. Bapt: Sylvaticus de compos. Ther. lib: 2. cap: 1. Theriaca Pesti occurrit tanquam ignis purificans, ipsos quidem, qui sani adhuc eam biberint, non permittit, ut Peste capiantur, illos autem qui jam egrotant, sanare potest. 4. Jordanus Tract: 3. de Peltis phænom. Regina omnium est Theriaca & Mitbridat. His tam venenatis quàm Pestilentibus morbis nihil æquiparandum, imò nullius pensi habenda reliqua omnia, nisi hæc commixta vel roborata. 5. Salius de Feb. Pest: cap: 23. Theriacam omnibus antidotis præpono, jusque in febribus Pestilentibus maximum habeo ac felicis usum &c. 6. Quatrammus de Peste cap: 5.

Pro vero adstruimus: Theriacam ac Mitbrid: verā & specifica morborum Pestilentium esse remedia. 7. Massaria lib. 2. de Peste. Plarig; pro preseruat: & curatione Pestis primas tribunt Theriaca & Mitbridatio, quæ duo usque adeo præstant, & alia superant, at sola præsentis usus sufficere posse videntur &c. 8. Valleriola in adp. loc. com: cap. 2. Omnium Antidotorum primas in præsertione à Peste tenent Theriaca & Mitbridatum; his enim si quis rectè utitur, à labe Pestifera seruari immunis poterit. 9. Augenius lib. 3. de Peste c. 13. Inter Electuaria, Ther: & Mitbrid: semper omnium iudicio in præsertione & curatione Pestis primas obtinuerunt, nec ullus fuit Medicus, qui ausus fuit ea improbare. 10. Rulandus de Febre Ungar: cap. 8. quæst. 13. Usu didicimus Theriacam præclare ad Salutē facere, & longè felicius, quàm alia &c. 11. Fernelius lib. 7. meth. med. Theriaca aduersus haustum Venenum, & Pestilentem constitutionem aprime utilis. 12. Paræus de Peste cap. 22. Cateris omnibus præcellunt Theriaca & Mitbridatum, nam roborando viscus nobiliss. &c. 13. Timoth. Brighus parte 2. de Sanit. Theriaca ʒj adultis, pueris ʒss sex horis ante cibum, data magno erit præsidio contra Pestem. 14. Vide & Theriaca laudes in Peste apud Heurnium lib. de Peste cap. 8. Joh. n. Dan. Mylium lib. 4. Antidot: Mindererum de Peste cap. 15. Panfam Parte 4. Prax. cap. 53. Renodæum Antidot: lib. 3. Sect. 2. cap. 12. Georg. Agricola libro 2. de Peste. Arnoldum Villanov. in exegesi cap. 13. Schola Salernit: Hieron. Mercurial. de Peste, Trincavellum, Kentmanum de Pestis præsertat. Petrum Sibyllenum in libro de Peste, Lagnerum, & infinitos alios.



2. Mithridatum. 1. Renodæus Antid: lib: 3. Sect: 2. cap. 11. *Mithridatum omnibus Venenis ac Pesti quoq; adversatur.* 2. Agricola lib: 2. de Peste. *Mithridati tantum, quantum magnitudinem Nucis Græcæ implet, in portione vini diluitur, & jejuno datur tempore Pestis.* 3. Michael Doringius, de Mithrid: confect: cap: ult: *Mithridatum in Peste saluberrimum, quin & ad Carbunculum quocumq; modo usurpatur.* 4. Paræus lib: de Peste cap: 22. *Mithridatum, Venenum pestilens, ad se occultâ proprietate, ut Succinum paleas attrahit & attractum digerit, dissipat, & internecinis viribus omnino spoliat &c.* 5. Petrus Sibyllenus de Peste. *Mithridatum ritè confectum, præstantissimum, tum in præseruatione, tum curatione Pestis perhibetur.*

3. Electuarium de Ovo. 1. Quercetanus lib: 2. de Peste cap. 4. *Electuarium de Ovo, summum est contra Pestem, & contra id aliud genus Venenæ pestiferæ.* 2. Renodæus Antid: lib: 3. Sect: 2. cap. 11. *Electuarium de Ovo plurimum laudatur ad præcautionem & curationem Pestis, & morborum Pestilentium; Datur vel per se, vel cum aliquâ Conservâ, vel aquâ Cordiali.* 3. Mindererus de Peste cap. 15. *Elect: de Ovo, Theriaca in Peste aquaverim.* 4. Wirsungus 8. parte Pract: cap: 10. dist: 11. *Elect: de Ovo Pestilentia maximè obsistit.* 5. Ryffius parte 1. Pharmacop: *Elect: de Ovo, tum ad præcautionem, tum curationem Pestis confert, in rô convenienti dosi exhibitum.* 6. Petrus de Stilla in Enchirid: Chirurg: parte 2. Tract: 2. cap: 2. *Pro præseruatione Pestis,*

*hujus Electuarij quotidie manè ʒʒ detur : Pro curatione vero ʒi vel ʒiiij cum vino Rbenano exhibeantur. 7. Franc. Ulmus cap. 6. lib. 4. de occult. medic. propriet. Ferunt Maximilianum Imp. Electuario de ovo sepe usum fuisse, hocq; mirabiles effectus in multis Peste agrotantibus ostendisse confirmant. 8. Paulus Riccius Archiater Maximiliani .i. Imp. scribit, Casaream Majestatem descriptionem hujus Elect. de Ovo, quibusdam Electoribus ac Principibus Imperii communicasse, simulq; indicasse, tempore Pestis sævientis ultra 1600. homines usu dicti Electuarii, vindicatos fuisse à Peste.*

4. *Diascordium. 1. Petrus Monavius in Epist. Scholtz. 241. In Epidemico morbo, magnum usum percipi in Diascordio Fracastorei, cum convenientibus Aquis exhibitio. 2. Mindererus de Peste cap. 15. Diascordio semper usus sum confidenter, nam præter insignem, quam in malo Pestifero pellendo vim obtinet, corpus nullo vehementi calore, ut Theriaca & Mitbridatum perurit, undè & puerulis, gravidis ac puerperis tutum, ac salutare medicamentum existit, putredinem corrigens, Venenum pessumdans, & sudorem, absq; magnâ humorum agitatione proliciens. 3. Heurnius lib. de Peste cap. 10. Laudamus in Peste compositionem, quam Diascordium vocant, ea enim selecta habet remedia, ad Pestis fugam facientia. Dantur ejus ʒij ex aquâ Carduibened. 4. Fracastorius lib. 3. de morbis contag. cap. 7. describit illud & summoperè commendat; 5. Prædicatur & à Tabernæmon-tano lib. 2. Sect. 10. cap. 41.*

SECTIO

## SECTIO IV.

Exhibens alia COMPOSITA Dogmaticorum,  
Officin. minus Usualia.

## DISTINCTIO I.

INTERNA MEDICAMENTA

## I. ELECTUARIA.

1. **E**lectuar. Antipestiferum. R. *Cons Ros  
Scordii & Acetof. an. ʒvi. Cort. Citricondit<sup>us</sup>  
ʒβ Terra Sigill. Bol. Arm. veri an ʒij. Corall.  
prep. Cornu cerviusti, an. ʒβ Santali citr. ʒi. Rad. Angel.  
Zedoar. Torment. an. ʒi Syr. de succo Acetof. q. s. M. F.  
Electuarium. Dosis ad magnitudinem Castanex.*

## 2. Aliud expertum.

2. R. *Theriace antique, Conservæ Borræg. an. ʒiβ.  
Mitbridat. ʒvi. Elect. de Ovo ʒβ. Florum Sulph. ʒiβ.  
Campb ʒi. Rad. Zedoar. Angel. Gentian. Pimpinell. Vale-  
rian. Diptamni, Scorzonera, an. ʒij. Ossis de Corde Cervi,  
Myrrbe an. ʒβ. Spet. de Gemmis utriusquè, Spet. Dia-  
marg. frig. an ʒij, Bol. Armeni veri ʒi, Syr. de Acetof:  
Citri ʒij, Aqua Theriacalis ʒi, Spiritus Vitrioli ʒi. Miscè  
pro Electuario. Insecti Peste sumant ʒi cum Aq. Acetof.  
ʒiβ, & sudent.*

ʒi 2

ʒ Aliud.

## 3. Aliud.

3. R. Conseru: Acetosa, Rosar: & Veron: an: ʒvi. Rad: Pimpincl: condit: ʒß Nuc: Ind: cohd: ʒiii Exeract: Granor: Junip: ʒii Mitridat. ʒiii Rad. Olsnitii & Carlina an: ʒij, Summitat: Ruta, Scordii sic: an ʒß Corall: prap: Perlarum prap: an: ʒij Salis Absintii ʒi, Consect. Alchermes ʒß Tinctura vera Corall: ʒi, Croci ʒß Campb: ʒi, Ol: stillat: Succini albi, & Ol: still: Bacc: Lauri an. G. 2. Cum Syr: de succo Scordij. Miscē F Elect: dosis ad Nucis jugl: magnitud: manē pro preservatione.

## 4. Aliud.

4. R. Rad: Imperat: Angel: Zedoar: an ʒij Gran: Junip: Bacc: Lauri, Boli Armen: Fol: sic: Ruta an: ʒj Rad: Tormentil: Petasit: Morsus Diab. Valeriana, an ʒß Myrrha, Succini albi Cornu cervi prap. Thuris, Campb. an. ʒj, Cinam: Macis an ʒß. Fiat ex his pulvis tenuis. Adde Nucum Juglandium Virid. Pulpa Ficum opt. an. ʒiij, Succidepurati Scabiosa & Acetof. an. ʒvi, Mellis puris. ʒvi. Sachari fini ʒi. Miscē, fiat ex his omnibus Electuar: prestans.

## 5. Aliud Elect: de Nucibus.

5. R. Nuc: Jugl: virid: No: xii. Caricar: pingui: No: x. Rad: Diptamni, Angel: Pimpincl: an: ʒiijß Rad: Scorzon: & Olsnitii an: ʒiß Gran: Junip: contus: ʒß Bacc: Lauri ʒiß. Boli Arm. & Terra Sigill: an: ʒj Cort: Citr: ʒij, Cinam: Macis, Sem: Citri & Carduib: an: ʒij Myrrhae, ʒß, Mellis despum.

despum: ℥ij. *Misce pro Electuar. de quo detur instar Lupini pro praeservat: Pestis.*

### 6. Aliud Elect:

6. R. Cort: Citri cond: Flor: Citri condit: an: ℥ss Conserva Berrag: Acetos: Rosian: ℥ss Magist: Cornu Cervini ℥ij Magisterii Corall: ℥i Magist: Perlar: ℥ Hyacinti an. ℥ij. Rad: Zedoar: ℥ Angel: an: ℥i Boli Arm: Orient: ℥ij Tberiaca vet: ℥ss. *Florum alborum fixor: Antimon. ℥ij. Balsami seu Rubini Sulph: opt: ℥j. Cum Syr: de succo Acetos: q. s. Misce. Dosis Lupini instar jejuno stomacho.*

## II PULVERES.

I. Pulvis Antipestifer: R. Rad: Angel: Pimpinell: Gentian: Zedoari: an: ℥iss Rad: Enula, Petasit: Carlina, Aristol: ros: an: ℥i, berb: Carduib: Veron: Verbenz, Scordii, Melis: an: P. summitat: Ruta, Myrrba, an: ℥ss Sem: Citri, Carduib: Cort: sic. Citri ℥ Arant: Nuc: moscb: Cinam, Caryophyl: an: ℥i. *Pulveris: tenuis: si vis, adde ei Sacb: q. v. pro suaviore gustu.*

### 2. Alius praestans.

2. R. *Florum Sulph: ℥ij cornucervi usti. ℥iss Succini prep: Matris Perlar: prep: Boli Arm. vini an: ℥i. Rad. Angel: Zedoar: Olsnitii, Tormentil: an ℥ij Salis Carduib. ℥ Absintb: an ℥i Myrrba rubra opt: ℥i, Croci, Cinam, Meis, Caryophyl: an ℥ss. Misce pro Pulv: Adde suavioris gustus gratia Confect: Manus Christi perlat: ℥vi. Dosis ℥ss vel circiter mane vel per se, vel cum aq: Acetos:*

## 3. Alius Pulvis.

3. R. Boli Arm. veri, Margarit. præp. Corall. præp. Magisterii Cornu Cervi. an. ℥iij. Cremoris Sulph. ℥ij. Cort: Citri sic. ℥i. Rad. Dipt. Torment. Enula, Vincetox. an. ʒß Cinam. elect. ℥ij. Croci Orient. Campb. an. Gr. 12. Offis de Corde Cervi, Santal. citr. an ʒß. Lapidis veri Bezoardici Orient. ℥i, Moschi & Ambra an. G. ʒ. F. Pulvis tenuiss. inspergendus Pani, Butyro illito.

## 4. Alius optimus.

4. R. Bacc. Junip. in aceto prius macer. & exsic. ʒß. Bac Lauri, Rad. Angel. an. ʒij Rad. Serpentar. Gentian. Tormentil. an. ℥ij. Fol. sic. Scordii & Ruta an. ʒi Sem. Accotof. Carduib. Citri & Ruta an. ʒß. & asur. Eboris, Corall. præp. Terra Sigill. vera, Offis de Corde Cervi, Succini præp. an. ℥i, Myrrhe opt. Florum Sulph. an. ʒß. Ex his omnibus F. pulvis subtiliss. Adde Confect. Liberantis ʒvi.

## III. MORSULI ET ROTULÆ.

1. Morsuli Antipestilentiales: R. Rad. Pimpin. condit. Curt. Citri condit. an ʒß. Rad. Helenii conditi ʒij. Nuc. Pistar. excort. ac Pistat. an. ʒij. Cinam. acut. grossim. incis. ac Macis an. ʒß. Extract. Gran. Junip. ʒi, Cort. Citri sic. grosso modo incis. ʒi, Boli Armeni Orient. Rad. Angel. & Diptamni an ʒij. Cornu Cervi præp. Bacc. Lauri an. ʒß Ol. Hill. Succini albi & Iunip. an. G. 4. Sacb. fini q. s. dissol. in Aq. Cinam. F. Confect. in Morsulis, pondere ʒß.

2. Alii

## 2. Alii Morfuli.

2. R. Boli Armen. & Cinam: an. ʒiij, Succini albi & Sant. Citr. Cornu cervi præp: an ʒiʒ. Spetier. Liberant. sive Alse ʒi. Spet. Diamarg. frig. & de Gem. an. ʒʒ, Bac. Iunip. Acetoprius infus. ʒij Zedoar. Tormentil. Pimpinell. an. ʒi. Cort. Citri condit. ʒi. Ambra, Moschi an. G. 4. Sach. albifs. q. s. dissol. in Aq. Carduib. F. Conf. Morfutorum, pondere ʒʒ.

## 3. Rotulæ seu Tabellæ.

1. R. Extracti Angel. & Zedoar. an. ʒʒ Ol. still Cort. Citri G. 4 Ol. Cinam G 2. Confectionis Alchermes ʒʒ. Ambra Moschi an. G. 2 Extracti Croci ʒʒ, Sach. albifs. q. s. dissol. in Aq. rosar. fragrantis. F. Confectio Rotularum, quarum 2. vel 3. manè deglutienda.

## 4. Aliæ Rotulæ.

2. R. Extr. Helenii Extr. rad. Pimpin an ʒi Cremoris Sulph: ʒi. Magisterii Cornu cervini ʒʒ. Salis Corall. & Perlar. an ʒi, Lap. Feri Bezoard. ʒʒ. Ol. destill. Angel. & Iunip. an. G. 3. Ol. Succini albi G. 2, Sach. ʒiij diss. in Aq. Melis. F. Conf. in Rotulis.

## 5. Aliæ Rotulæ.

3. R. Extracti Scordii & Carduib. an ʒi. Pulv. Boli Arm. Rad. Angel. Diptamni an. ʒʒ. Spet. Liberantis, ʒij Spet. Diamarg. frig. & Florum Sulph. an. ʒʒ Myrrha ʒi. Sach. albi ʒv dissol. in Aq. Acetosa. F. Rotula.

## 6. Aliæ

## 6. Alia Rotulæ.

4. R. Extract: Granor: Junip: ʒi Extr: Sant: citr:  
ʒi Magisterii Hyacinth: & Corall: an: ʒi Salis Absinth: &  
Carduib: an ʒʒ, Balsami Sulphu: ʒi G. S. Ol: still: Zedoar:  
G 4 Sachar q. s. dissol in Aquâ Melissæ. F. Conf: Rotu-  
larum.

IV. TROCHISCI SUBLIN-  
GUALES.

1. R. Cort: Citri sic: ʒʒ, Cinam, ʒi, Zedoar: Macis  
an: ʒij, Cornu Cervi usti ʒi, Gallia & Alist: moschat, an ʒʒ  
Rad Ireos, Boli Arm: an: ʒi G. S. Tberiacæ Androm: & E-  
lect de Ovo an: ʒij, Ol: Cort: Citri & Junip: in G. S. Ol: Ci-  
nam: G 2. Sach: candi ʒiij cum mucil: Tragac: extr: in aq:  
Ros: Fiant Trochisci parvi.

## 2. Alii Trochisci.

2. R. Tragacanthi ʒi Gum: Arab: ʒʒ. Humectentur  
per noctem in aq: Ros: in aqua parum Moschi dissolnt: fue-  
rit. Deinde R. Sach: albi: ʒij Cinam: Sant: rub: pulv:  
an ʒiij Rad: Angel: ʒiʒ, Caryophyl: ʒij Cort: Citri sic: ʒi,  
Moschi, Ambra an: ʒʒ. Misce invicem, Et fiant Trochis-  
ci parvi.

## 3. Alii.

3. R. Cort: Citri ʒij Rad: Angel: Scorzon: Carlina,  
Pimpincl: an: ʒi Alistæ mosch: ʒij Terra Sigill: Sem: Ruta,  
Cornu cervi usti an: ʒʒ, Mithrid: & Tberiacæ an: ʒiʒ.

Cinam



Cinamomi, Macis, an. ℥i. Ol: Cort. Citri G. 7. Ol. Iunip. G. 5.  
Cum mucilag. Tragac: extr. in Aq. Ros. Fiant Trochisci  
parvi sub linguâ detinendi.

## V. SYRUPI.

1. Syrupus AntiPestiferus. R. Succi Scordii de-  
pur. ℥iij. Succu Limon: depurati: Succu Scabiose an. ℥i.  
In quibus macerentur. Rad. Angel. ℥iij. Zedoar. ℥vi.  
Fol. Diptamni, Carduib. an. Mi. Ruta, Pi. Conserv: Flor.  
Buglos. Helenii & Rosmar. an. ℥vi. Cinam. ℥ij. Croci ℥i.  
Omnibus in matratium indatis, fiat digestio in B. M. per  
2 aut 3. dies: Deindè exprimantur, & cum album. ovi  
clarificentur. Hac digestio semel adhuc repeti potest &  
expressio fiet nobilior. Huic Succo ita depurato, addatur  
Sacchari s. q. Et fiat Syrupus. De quo datur cochlear j.  
cum Aq. Card: vel Ulmar. ad preservationem & curatio-  
nem Pestifera Luis.

## 2. Alius Syrupus.

2. R. Succorum depurator. Calendula, Acetosa & Va-  
leriana an. ℥i. Succu Ruta ℥iij. Quibus infunde Rad.  
Helenii, Pimpinell. Imperator. Torment. an. ℥iij. Bacc. Iu-  
nip. ℥ij. Fol. Veron. Melissa, Morsus Diaboli & Scabios. an.  
Mi. Fl. Borrage, Ros. Melis: an. Pi. Cinam. ℥ij. Cort. Citri  
℥ij. Sem. Citri ℥i. Macerentur ita in B. M. ferventi per  
horas 24. Dein fortiter exprim. & clarif. In qua express.  
denuò macera per. b. 24. Rad. Angel. & Cort. Citri an. ℥i.  
Baccar. Iunip. ℥ij. Croci ℥i. Tandem fortiter exprimantur  
& clarificentur, addendo Sacch: albif. q. s. & Syr. flor.  
Tunicar: ac Acetos: Citri an. ℥vi. Misce pro Syrupo. Dosis  
℥i vel ℥ij per se, vel cum aqua aliqua conveniente.

## VI. CLARETA.

1. Claretum Antipestil: R. *Vini Kbenani generosi Mensuram unam seu ℥ij*, Infunde in Vitro. Nuc: Moscb: Cinam: Caryoph: an ʒvi. Cardam: Zingib: an ʒß. Rad: Angel: Zedoar: an ʒij. Diptamni, Petasit. Olsnitii an: ʒij. Gram: Junip: ʒij, Flor: ros: ʒorrag: Tunicar: Anthos ana Pi. Fol: Meliss: Mi. Scabios: Mß. Saeb: albis ℥i. Omnibus crasso modo contusis & invicem mixtis ponantur in B. M. tepido per 2. aut 3. dies ad macerandum. Postea colentur per manicam aliquot vicibus. Hujus Clareti, manè exhibe bina cochlearia. Optime præservat à Peste.

## 2. Aliud Claretum.

2. R. *Vini generosi ℥ij*, Boli Armeni ʒi Galang: Piperis longi, Coriand: an: ʒß. Rad: Angel: ʒß. Nucis Moscb: ʒij. Zingib ʒiß. Zedoar: ʒij, Cinam: ʒvi, Saeb. ℥ß. Misce, & percolentur aliquoties.

## 2. Aliud Claretum.

3. R. Herb: Galeg: Melis: Scordii an: Mi. Summitat Ruta, Veron: an. Pj. Rad. Enula, Pimpin. Imperator: Vincetox: Carlina an: ʒß. Cort: Citri & Arant: sicc: an ʒvj. Cinamom: ʒi. Zingib: Zedoar: an ʒij. Macis ʒij. Indantur Vitro, affusis Vini generosi ℥ij, Vase occluso, omnia macer: per triduum in B. M. Postea bis vel ter per manicam transcolentur, addendo Sachari albis ℥i, Misce.

## VII. ACE.

## VII. ACETA.

1. Acetum Bezoardicum: R. Bacc: Lauri ℥vi  
 Gran: Junip ℥℥. Rad: Angel: Torment: & Ewula an. ℥i  
 Fol: Scordii. Ruta. absineb. & Carduib: an: Mi. Campb.  
 ℥i. Theriac: vet. ℥℥. Infundantur omnia in Aceti Vini  
 opt: ℥iij, & ita in infusi: relinquuntur per aliquot dies.  
 Hujus Aceti cochlear e mane sumptum, a Peste mirè pra-  
 servat, eademq; etiam curat, majori dosi exhibitum.

## 2. Aliud Acetum.

2. R. Angel: Zedoar. Valerian. Sant Citr: Cort:  
 sic: Citri an: ℥i Fol Meliss: Ruta. Valerian. an Mi. Sum-  
 mit: Ruta, Flor: Anth. Melis: Torng Ros: an: Pi, Ben-  
 zoin ℥iij. Syr: calam: ℥. Cardam: Cinam an: ℥℥, Incs-  
 sis minutim adde Muebridat: ℥℥. Camph: ℥i. Croci ℥i.  
 Aceti Florum Tunicarum, vel Ros: rubr: ℥iij. Reserventur  
 mixta in Vitro. Dosis cochlear unum.

## VIII. PILLULÆ.

1. Pillulæ Antipestil: R. Aloes Ros: ℥iij. Rba-  
 barb: Agar: trochisc: an: ℥iij. Myrrha, Gummi Ammon:  
 an: ℥℥. zedoar: Rad: Angel. Pimpin: & Diptam: an: ℥i,  
 Croci, Sem: Citri an: ℥℥, Salis Absinth: Salis Angel: &  
 Scordii an: ℥i. Terantur, & cum Syr: de Acetos. Citri,  
 vel de succo Scordii. Fiat Massa, ex qua formentur  
 Pillula. Dosis ℥i, horis 2. vel 3. antè prandium.

Kk 2

2 Alia

## 2. Aliæ Pillulæ.

2. R. Myrrhe, Campb, Croci, an. ʒi Rad. Angel. Gentiane, Vincetox: an. ʒij, Florum Sulph. ʒij. Cort: ac Sem. Citr. Zingib. albi, Xyloal. an. ʒi. Agar, electi, & Rbab. opt. an. ʒiij, Scammoneæ ʒi. Aloes ʒß. Pulv. cum Succo Scordii. F. massa Pillul. addenda Ol. stillat. Angel. ʒi. Dosis ʒij vel ʒi.

## 3. Aliæ Pillulæ.

3. R. Extracti Aloes ʒij, Extracti Rbabarb. ʒiß. Extr. Agar. ʒi, Extracti Zedoar. & Angel. an. ʒi, Campb. ʒij. Salis Absinth: & Carduiben. an. ʒij, Ol. stillat. Cort. Citri & Succini an. G. s. Ol. Macis G; ʒ. F. ex his massa, Dosis ʒß vel ʒij.

## DISTINCTIO II.

## MEDICAMENTA EXTERNA

## I. PULVERES pro Suffitu.

1 Pulvis. R. Flor. Ros. incarnat. Olibani, Caryophyll. an. ʒi. Ase dulc, Styrac. calam: ana ʒvi, Ladani ʒß, Moschi in Aq. Ros. diss. Gr. 7. Misce F. Pulvis grossus, qui inspersus lamina ferrea candenti, suavif. spirat odorem.

## 2. Al: Pulvis pro suffitu.

2. R. Santal. odorat. & Xyloal. an. ʒvi. Ligni Rodii ʒß. Cort: sic. Citrior. & Pomorum odoratis. an. ʒij. Ase dulcis ʒij, Cinam. ʒiß. Cortie. Thymiam. ʒi. Caryophyll: arom & Rad. cyperei an. ʒij. Misce F. Pulvis grossus.

3. Alius

## 3. Alius minus suavis.

3. R. Bacc. Lauri & Junip. an. ℥ss. Succini Thuris,  
Myrrba an. ʒiʒ, Fol. sic. Ruta, Serpill. Meliss. an. Mi.  
Flor. ros. rubr. Pi. Pulverisentur, & pulvis inspergatur  
Carbonibus.

## 4. Alius Pulvis.

4. R. Rad. Angel. Imperat. Levist. an. ʒiij. Bacc.  
Lauri ʒiʒs. Succini albi ℥ss fol. sic. maior an. & Ocymi  
an. Pi. Benzoin ʒii, Cort. Thymiam. & Arant. an. ʒiʒ,  
Sem. Ruta ʒiij, Pulverisentur. Et fiat inde suffitus.

## II. TROCHISCI pro Fumo.

1. R. Ros. incarn. rec. ℥ss, Contundantur in morta-  
rio lapid. cum Pistillo ligneo. Contusis postea adde Ben-  
zoini opt. ʒvi, Sacb. fini ℥ss. Mosbi ʒi. Ambra ʒi. Redi-  
gantur omnia in Massa formam, ex qua fermentur Tro-  
chisci parvi, tecti foliis Ros. recentium. Hitrochisci iniecti  
laminae candenti ferrea, mirum, quam fragrantiss: spirent  
odorem.

## 2. Alii Trochisci Fumales.

2. R. Rad. Zedoar. Angel. an. ʒiʒ, Ladani opt. ℥ss,  
Thuris ʒiij, Succini albi ʒij, Gran. Juniperi No. 10. Myr-  
rba, ʒi, Flor. Lavend. Antb. Ros. maior. an. ʒi. Xyloal. Sant:  
citr: an. ʒss. Sacb. albi ℥ss, Mucilag. Tragac. in Aq. Ros. diss.  
Fermentur Trochisci, qui injiciantur prunis.

## 3. Alii

3. R. Xyloal: Ladani, Aſa dulc: an: ʒiſſ, Styr. calami: ʒiſſ, Styr liquid: ʒij. zedoar Cinam: an: ʒiſſ. Spica Ind ʒi. Balsami Peruviani ʒi. Moſche G. 3. Cum Mucilag: Tragac: in aqua roſ. diſſol: F. Trochiſci parvi.

## 4. Alii Trochiſci pro Fumo.

4. R. Rad: Angel: & Enule an: ʒiſſ, Diptam: Treos, an: ʒi. Ladani opt & Aſa dulc: an: ʒiſſ. Tburis ʒij, Gallie & Alipta Moſch: an: ʒiſſ, Succini albi ʒi Xyloal: & ligni Rbod: an: ʒiſſ. Gran: Junip: No: 9. Flor: roſ Lavend: & An: thos an: ʒiſſ, Sach: candi albi ʒiſſ. Ambra G. 8 Moſchi G. 5. Zibetbi G 3. Hec tria poſteriora una cum Ladano diſſolv: in aq: roſ odoratiſſ: & cum Mucilage Traga: formentur Trochiſci fumales.

## III. CANDELÆ Fumales.

1. R. Benzoin ʒiſſ, Styr. Calami: & Ladani an: ʒij, Liquidambra ʒi, Xyloal: & ligni Rhodii an: ʒij. Cort: ſicc: Citr: Cinam: an: ʒiſſ. Carbonum Tilia in Aq: roſ. exſtinct. ʒſ. Moſchi ʒiſſ. Miſce pro maſſa cum mucilag. Tragac. in Aqua Roſ. extr. Ex qua formentur Candela, que accenſe, ſuaviſſimum & gratiſſ. odorem ſpirant.

## 2. Aliæ Candelæ odoriferæ.

2. R. Ladani ʒi. Fl: roſ: incarn. Cort. Citri ſicc. an. ʒiſſ. Santali odor. ʒij, Styrac. cal. ʒij, Alipta Moſch: ʒiſſ. Cinam. Caryophyll. an. ʒij. Ocymi ſicc. Flor: Majoran: an: ʒi.

Ambra

*Ambra, Moschi an. Gr. 3. Carbon. Tilia ꝑijij, cum mucilag. Tragac. in aq. ros. Fiat Massa pro candelis.*

## 3 Alia Candelæ.

3. R. Flor. ros. odoratiss: ꝑij. Cort. Thymiam. ꝑij. Ladani, Benzoin an. ꝑij, Succini albi, Myrrba an. ꝑi. Olibani, Flor. Rosmar. Macis, an. ꝑß. Gran. Junip. No. x. Rad. Zedoar. & Angel. an. ꝑi. Sem. Ruta, & Citri an. ꝑß, Carbonum Tilia ꝑijij, cum Mucil. Tragac. fact. in aq. Angel. F. massa pro Candelis.

## IV. POMAMBRÆ.

1. Pomum odoratum. R. Ladani ꝑi. Styrac. calam. ꝑiß. Styr. liq: ꝑij, Moschi Gr. 7. Ambra Gr. 5. Zibethi G. 6. dissol. in Mucilag: Tragac. Adde Ol. still. Cinam. G. 6. Ol: Cort: Citri & Macis an. G 6. Ol. Caryoph. G. 7. redigantur omnia in massam rotundam, qua inclusa vel pigidula argentea, vel Syndoni rubra, naribus sæpè admoveatur.

## 2. Alia Pomambra.

2. R. Afa dulcis, & Ladani an. ꝑß. Sant. citr. Xyloal. an. ꝑii. flor. ros. odorat & Anthos an. ꝑß. Gallia Moschat: ꝑi Thuris, Caryophyll. an. ꝑi, Styrac. liquida ꝑß, Extract. Angel. ꝑi. Ol. stillatit: rosar. ꝑß. Ol. Cinam. & Majoran. an. G. 5. Gummi Tragac. dissol. in aq. ros. Miscer fiat massa, qua instar gloluli rotundi, ligata in Syndone manibus gestata subindè naribus applicetur.

3 Alia

## 3. Alia Pomambra.

3. R. Santalicitr: odorati, Benzoin an: ʒij, Flor: Lavend: Anthos & Major: an: ʒʒ. Succini albi ʒi. Styr: calam: ʒi, Ladani puri ʒiii, Cort: Citri sic: ʒij. Cinam: ʒʒ. Cum mucilag: Tragac: in Ag: ros: dissol: Fiat Massa. Huic adde Extracti liquidioris Cinamom: & Maioran: an: ʒi. Balsami de Peru ʒi. Ol: still: Junip: ʒʒ. Ol: Angel: & Caryophyllor: an: G. 3. Misce pro Pomo odorato.

## V. LINIMENTA.

1. Linimentum pro Naribus. R. ol: Nuc: Mosch: per express: ʒi. Extr: Maioran: ʒʒ. ol: Cinam: & Citri an: G. 5. Moschi & Ambra an: G. 2. Misce pro Balsamo seu Linimento.

## 2. Aliud Linimentum.

2. R. ol: stillat: cinam: & Caryophyll: an: ʒi. Ambra & Moschi an: ʒʒ. Agitentur invicem donec adquirant consistentiam Unguenti. Adde ol: Nuc: Mosch: stillat: ʒi, iterum agitentur, tandem adde olei still: Rosar: incarn: G. 6. Zibetbi ʒʒ. Misce pro Linim: Fragrantiss: exspirat odorem.

## 3. Aliud Liniment:

3. R. Balsami Rosar: ʒi. Extract: Cinam: ʒi. ol: still: Cort: Citri, G. 5. & ol: Macis, G. 3. Moschi orient: opt: G. 4. Misce pro narium Balsamo.

## 4. Aliud



4. Aliud Linim:

4. R. Olei Nuc: moscb per expres: ʒi. Extract:  
 Angel: ʒʒ, Theriaca opt: ʒij, Alipta Moscbat ʒij, Rasur:  
 Cort: Citri ʒi, Balsami Peruviani Gr: 12. Ol: still: Junip:  
 & Lavend: an: G. 4. Ol: Caryophyll: G. 2. zibethi G, 5.  
 Syrac: liq: ʒi. Misceantur pro Linimento, quo nares  
 inungende.

VI. SACCULI ODORIFERI.

1. Sacculus. R. Benzoin, Styr: calam: an: ʒij.  
 Flor: Ros: odorat: Flor: Rosmar: & Lavend: an: ʒj. Thymi,  
 Majorana Santali Citr: Orymi, Melif: an: ʒi. Gallia & Ali-  
 pta Moscb: an: ʒʒ. Cinam: opt: ʒij. Ex his omnibus, fiat  
 Pulvis grossus, indendus Sacculo ex Syndone parato, qui  
 vel naribus subinde admoventus, vel supra Cordis regio-  
 nem gestandus.

2. Alius Sacculus.

2. R. Rad: Angel: Ireos & Cyperi an: ʒij, Flor: ros: ʒij.  
 Cort: sic: Citri & Thymiam: an: ʒi. Caryophyll: aromat:  
 Succini albi an: ʒij. Spice Indica, Flor: Anibos an: ʒi. Bacc:  
 Junip: contus: ʒij. Zedoar: ʒʒ. Campb: ʒʒ. Ex incisis mi-  
 nutim paratur Sacculus. Addi possunt speciebus olea Ci-  
 nam: & Macis an: G. 2.

3. Alius Sacculus.

3. R. Ladani ʒij. Styr: cal: & Asa dulcis an: ʒijʒ.  
 Cinam: ʒi. Macis ʒij. Flor: Anibos, Melissa & Lavend: &

*Majoraniam: ʒi, Caryophyll. arom: ʒß. Nuc: Mosch: Sem: Ocymi, an ʒi. Santalirubri ʒi. Ambra & Moschi an. G. 2. F. pulvis grossus, qui, prius irroratus ac conspersus Aquâ Rosar: & Cinam: vel Spiritu Rosar. fragrantis: postea includatur Sacculo quadrato ex Syndone.*

## SECTIO V.

Exhibens nonnulla COMPOSITA SPAS-  
GIRICA.

### I. AQUÆ STILLATIT: Theriacales.

I. **A**qua Theriacalis Antipestifera: R. Rad: Zedoar: Imperator: Valerian: Angel: Tormentil: Enula ac Petasit: an ʒi. Gran: Junip: ʒij. Bacc: Lauri ʒvi. Herb. Scabios. Veron. Galega. Carduib: Melis. & Scord. an. Mi. Flor. Ros: Borrage: Lavend: Melis. Antbos, Calend: an Pi. Citri & Limon. incisor. an No. 2. In Vase Vitreo per 3. aut 4. dies ad lentum B. M. calorem macerentur superaffus. Succor. Limon. Nucum Virid: Scabios. Melis. & Carduib. an. ʒvi. Pini Malvatici ʒß. Deindè exprimantur fortiter. Expresso liquori, adde Theriaca vet. & Mithridat. opt: an. ʒiß. Diascordii Fracast: ʒi. Confect. Alchem. ʒß. Spet. Diambra & Diamarg: frig. an. ʒij. Croci ʒi, Camp. ʒij. Maccratur denuo per triduum in B. Deindè lento igne destill: ad siccitatem usq. Et habebis Aquam Theriacalem prestantiss: Infecti Lue Pestiferâ, ejus ʒij circiter bauriant, & sudent.

2. Al.

## 2. Al: Aqua Theriacalis.

2. R. Theriaca Androm: ℥vi. Myrrha ℥ij. Rad. Carlina, Scorzonera, Gentian. Angel. Serpentar: Pimpin. an. ℥vi. Cort: Citri ℥i, Summitat. Rusa Mi. Croci ℥ij. Campb: ℥i℥. Conseru. Borrage: Acetos. Buglos. Ros: an. ℥i, Cinam: Nuc. Mosc. an. ℥i, Specierum Diambre & Diamofebi, Diatrion Santal. an. ℥i℥, Vini Maluat: ℥iij. Aqua still: Nucum jugl. virid. Aq: Angelica. & Ruta an. ℥i. Succidepuratis. Scabios. Verbena, & Acetosa an. ℥iij. Mixta una stent prius in Infusione ad locum cal. per 3 aut plures dies. Postea l. a. destillentur. Aqua egrediens reservetur usui. Est enim insigne Pestis curatidum, si eius cochlearia 3. vel 4. infecto prabeantur.

## 3. Alia Aqua Theriacal:

3. R. Rad. Torment: Olsnitii, Valeriana, Imperator. Enule & Angel: an. ℥i. Ceparum recent. excort. No. vii. Cort. viridium Nuc. Jugl. ℥vi. Bacc. Lauri ℥i. Bacc. Junip. ℥i℥. Folior: Ruta, Carduiben: Scordii. an. Miss. Incidantur omnia, & adde Campb. ℥ij in ℥ij. Spiritus Vini dissol. adde Mitbrid. opt. Electuar: de Ovo an. ℥i. Vini Rhenani mensuram j & dimidiam, Aceti Rosac. purif: ℥i. Eliciatur in B. M. inde aqua, cuius cochlearia 2, vel 3. prabeantur.

## 4. Alia Aqua.

4. R. Herb. Calend: Scabios. Veron. Ruta an. Miss. Carduib. Galege, Acetos. Leviss. an. Mi. Rad: Angel: ℥iij.

Rad. Enula  $\zeta$ ij. Santal. omnium an.  $\zeta$ ij $\beta$ . Sem. Carduib.  
 Citri, Acetos. an.  $\zeta$ ij, Flor. Borrage, Melis. Buglos. an. Pj.  
 Fol. Diptamni Cret. Pj. Spet: Liber. an.  $\zeta$ ij. Macis, Ca-  
 ryophyll. an.  $\zeta$ ij $\beta$ . Croci  $\zeta$ i. Fiat in ase una prius infusio  
 in Aqua Vita seu S. V.  $\text{℞}$ ij, Vitrum quotidie agitur.  
 Et post quadriduam infusionem, leuto igne per B. M. de-  
 stillatur, Aqua egressa reseruetur. Dosis  $\zeta$ ij plus minusve cū  
 Aq. Acetose  $\zeta$ i ad provocandum sudorem.

## II. EXTRACTA ET ANTI- DOTA.

1. Extractum Antipestiferum. R. rad: Zedoar.  
 Angel. Valer. ac Enula an.  $\zeta$ i. Rad. Petasit. & Pimpinell.  
 an.  $\zeta$ ij $\beta$ , Santali rub. & citr. an.  $\zeta$ ij, Cori. Citri  $\zeta$ i, Gran-  
 Junip:  $\zeta$ ij. Bac: Lauri  $\zeta$ vi, Fol: Diptamni Cret: Ruta, Car-  
 duib. & Scordii an. Mj. Fiat l. a. cum S. V. borum Extra-  
 ctio, Liqueor in B. abstrahatur ad consistentiam materia  
 in fundo liquidam instar mellis. Huic Extracto liquido  
 & molli, si eius sint  $\zeta$ ij, adde ac permisce, Magisterii Cor-  
 ni Cervini  $\zeta$ ij. Magist: Perlar: & Corall. an.  $\zeta$ ij $\beta$ . Es-  
 sentia Camph: & Croci an.  $\zeta$ i, Balsami Salpb.  $\zeta$ ij. Mi-  
 sceantur exacte invicem. Dosis huius Extr. seu Antidoti  
 est  $\zeta$ i, quæ danda. Peste correpto cum Aq. Carduib. vel Ace-  
 to Rosacea, ad sudorem.

### 2. Aliud Extractura seu Antido- tum.

2. Primo cum Aceto Vini destill. paretur Extractum  
 ex Rad. Angel. Zedoar. Petasit. Torment. ac Scorzon. an.  $\zeta$ i.

quod

quod seorsim colligendum: Deinde simile Extractum fiat cum Spiritu Vini ex Cort: Citri, Bacc. Junip. an. ℥i℥, berb. Scord: Verber: Valer. an. ℥i. Xyloal. & Santal. citr. an. ℥ij. Hoc Extr. miscendum priori. Postea mixtis adde Ambra & Moschi ana Grana aliquot. (nimirum G. S. si Extra-  
 & Torum sit ℥i℥) Florum Aibor. six. Antimon. ℥ij. Salis Fraxini, Abstrab. & Carduib. an. ℥℥, Salis Corallor. & Perlarum an. ℥i. miscantur exactissime.

## 3. Aliud Antidotum.

3. R. Extracti Gran. Junip. ℥i. Extr. Angel. ℥℥. Extracti. Enula ℥ij (Extracta hac sint liquida, & consistentiam habeant instar Mellis) Magisterii Hyacintb. & Perlar. an. ℥ii. Tinctura vera Auri ℥℥. Ol. still. Cort. Citri ℥i. Confe& Alcherm: ℥iiii, Ambra, Moschi an. G. 4 Mixta invicem, fiat in& Antidotum molle, cuius mira vis resistendi veneno Pestifero.

## 4. Aliud.

4. R. Bacc. Junip: ℥ij. rad: zedoar. Angel. & Carlin: an. ℥i℥. Fiat horum Extractio cum Succo Limonum (veleius loco, cum Aq: Carduib. cui nonnihil Spir: Vitrioli admixtum sit.) Liquor seu menstruum in B. per destillat. separetur. Huius Extracti R. ℥ij, adde ei Bezoard. Miner: ℥ii. Confe& Alchermes ℥i. Magisterii Perlar. ℥ij, Pulv. & diaphor: ℥ij. Essentia Croci & Campb: ana ℥i. Misce una & reservetur: Tam in preservatione, quam in curatione Pestis efficaciss: est. Dosis ℥℥ vel ℥ij, pro cura, ex aqua aliqua Bezoardica.

## III. MIXTURÆ.

1. *Mixtura Antipestifera.* R. *Mixtura simplicis* ( *que constat ex Spiritu Theriac. Spir. Tartari & Vitrioli unâ mixtis certâ dosi* ) ℥iij. *Liquoris Cornu cervi* ℥ß. *Extract. Gran. Iunip. Zedoar. & Angel. ana* ℥ij. *Extr. Santali rub. & Tormentil. an.* ℥i, *Magist. Hyacinth. & Perlar. an.* ℥ß. *Essentia Camph. ℥i G. 5. Rubini Sulph. ℥ij, Florum fixor: Antimonii ℥i ℥i. Salis Angel. & Absinth: in aquâ Theriacal: sol. an.* ℥i. *Tinctura vera Corallor. ℥iij. Syr. Acetos. Citri & Syr: de succo Borrage: an.* ℥i. *Misceantur omnia, & Fiat l. a. Mixtura generosiss: digesta, claresacta, & colata reservatur ad usus. Dosis ℥i vel ℥iij cum vehiculo convenienti.*

2. *Alia Mixtura.*

2. *Spiritus Theriacalis ℥i. Extracti Gran. Iunip: & Helenii an.* ℥iijß. *Extr. Zedoar. ℥i. Extr: Croci Gr. xv. Confect: Alchem: 3ß. Magister: Perlar: & Corall. an.* ℥i. *Gr. 5. Cremoris seu Lactia Sulph: 3ß, Salis Carduib. & Absinth. an.* ℥i. *Syr. Acetos: Citri Unc: ij & 3vi. Spiritus Vitrioli G. 12. Moschi & Ambra an. Gran. 3. Fiat Mixtura. Est jucundi gratique saporis. Pro preservatione, Guttule 15. vel ℥i sufficiant, cum liquore idoneo.*

3. *Alia*

## 3. Alia Mixtura.

3. R. Syr. de Cerasis cum Caryophyll. nostrat. Syr. Acetos. Citri, Syr. de succ. Borrage. an. ʒi, mixtura simpl. ʒiij. Liqueoris Cornu Cervo. ʒij. Spiritus Carduib. ʒi. Extract. Angel. Extr. Valerian. & Imperator. an. ʒß. Extr. Ruta ʒi. Essentia Croci ʒiß. Salis Corall. & Perlar. an. ʒß. Moschi & Ambre an. Gr. 3. Misce exactè, & cola. Dosis pro curâ. Pestis ʒij, ʒiij, vel Uncia sem. cum vehiculo idoneo.

## 4. Alia Mixtura.

4. R. Extracti Viperar. ʒij. Magisterii Solis seu Auri ʒi, Bezoar veri Orient. ʒß, Succu Rad. Carlin. rec. condensati, Succu Carduib. inspiss. an. ʒi, Ol. Angel. & Ruta an. G. xvi. Fiat horum mixtio, & servetur ad usum. Dosis pro præservat. ʒi vel cum Conf. Ros. aut Syr. Acetos. Citri, vel cum Aq. Borrage. Carduib. aut Vino generoso. In curatione verò ʒij plus minusvè dentur.

Sic autem parandum: Exr. Viperarum R. Carnis Viper. more Crollii parata ʒiij, ponantur in capsulâ, & cum ʒi Myrrha per vices suffumigentur. Sic habes pulv. probè exsiccatum, cui; in Vitro posito, cum ʒi. Aq. veron. stent in B. Vitro clauso, per triduum. Quo exacto exprime, & ad consistentiam Extracti, igne lentiss. redige. Ex fecibus combustis extrahere Salem, & Extracto conjunge.

Magisterium ☉ paratur ex Calce ☉ probè edulcor. & exsiccatâ, commixtâq; cum Croco, Ambrâ, Moscho, & Magisterio Perlarum.

IV. MISCELLA Variarum Composit. Chymicarum.

I. BEZOARDICUM VEGETABILE Aureum.

1. R. Rad. Carlin. Angelicæ, Diptamni, Imperat. Scorzoner. Vincetox. Pimpineli: Pbu, & Tormentil. an. ʒvi. Colligantur autem omnes he radices tempore suo Balsamico, debitisq; modo exsiccantur, cariosa verò corrupta aut obsoleta planè abjiciantur; Concisis minutim ad funde Aceti vini destill: s. q. Tincturamq; ex iis extrabe l. a. Acetum in B. per destill: separa, ut Extractum liquidum in fundo remaneat, Hoc seorsim serua,

2- Postea, R. Civam: acutif. Santali odoratis: Zedoar. Macis an. ʒvi. Caryophyll. ʒß. Cortic. Citri exsic. ʒi. Croci ʒij. Xyloal. Ligni Rhodii an. ʒij. Hiscæ crasse pulv: ad funde Spiritum Vini, & similiter fiat Extractio; S. V. iterum abstrahatur per & restabit Extractum in forma Mellis, quod itidem serua.


3. R. Essentia Opii Thebaici, facta cum Spiritu Aceti: Tinctura Croci, Extracti Mumie (ana, novæ ex cadaveribus corruptis, Balsami Sulphuris, an. ʒij). Miscantur una.


4. Tandem: R. Salis absinth: Salis Angel. Salis Iunip. an. ʒij. Magisterii Cornu cervini, Magisterii Perlar: & Corallor: an. ʒiß, Florum Antimonii fixor. diaphoret. ʒiij. Misce.


Compo-














137  
Cunctis

Et

bit ter cam. **Tr**

Et

do gine domine

Et

ant aures tuas

Et

o nem ser

137  
Cunctis

Et

do gine domine

Et

o nem ser

